


IN P. RAMI  
DIALECTI-  
CAM ANIMADVER-  
SIONES IOAN. PISCA-  
TORIS ARGENTI-  
NENSIS:

*Exemplis Sacr. literarum passim  
illustratae.*



FRANCOFURTI  
Apud Andream Wechelum,

M. D. LXXX.



Ibidem Nullus est organi liber in quo  
non dissident interpretes de fono & fi  
ni rerum, ea tanta dissensio non ob ali  
quam rem accidit quum. quod si finis uniuers.  
sue artis non esset limitatus propositus

IOAN. PISCATORIS  
IN P. RAMI DIALECTI-  
cam epigramma.

Rami perfecta est multis Dialectica: sed mi  
Clara est exemplis, legitima est methodo.

Pleraque quinetiam definit distributque  
Exacte: que sic singula confiteor.

Totum illud Perfecta nego: nam sunt quoque falsa,  
Sunt confusa etiam, denique sunt mutila.

His emendatis, si non perfecta vocanda est:  
At perfecta aque nulla tamen dabitur.

In prefatione Scholaru Ioannes Pysca-  
tor. sic ratione reddidit cur animad-  
uersiones dra. Rami. ausy sit in  
Publicum edere

Se d. inquit fortasse imp. rior aliquis: Si tu. P.  
Ramiu meum de sumi fuisse iudicas: cur igitur  
emendationis in illig Diab. Eicm edere no  
es ueritus, quibz tu non pauca in illig pceptis  
displere professus es. At inquam, aliud est am-  
m malitiam, aliud errorem alicui attribuer  
Non enim si uir bonus P Rami fuit, uelino erro-  
ri non obnoxius fuit: ne si ueritatem perpetuo in-  
uestigant, semper etiam inuenit. Grati as igitur  
illi agamus pro sumis ipfij laboribz, quos in artibz libera-  
libz legitime tradendis exant lauit, inter re a uero si  
cubi prauit, amiserimus: Id ad utilitatem publicam in  
me dium afferam

Solo hunc nom Dia. lib. 2 cap. 7  
Eum uero definit in his suis  
tem complexa si ueritate, multo minus de  
suis alluit quom uulgo in dicitur  
fiamz totius artis ostendit esse

Totum Organi famulatio  
Singularis  
multo minus de  
Diffinitio  
beni diuere dicitur  
rami, ratiocinatio  
re huerenti

CLARISS. VIRI IOAN.  
STURMII DE PETRO

RAMO IUDICIUM:

*Epistola ad Henr.  
vicum Schorn*

**D**E P. Ramo si petis, ut petis, quid sentiam: Virum bonum illum esse iudico: & hominem bene literatum, & iudicio expolito prae dicitur: qui hac vita, ut vocant, Scholastica, & illius stipendio contentus, ampliores opes aut honores non requirit. Nam quod alios offendit, me non laedit: quoties liberius iudicat de Aristotelicis praeceptis; alium in iis ordinem & viam requirens: quaedam etiam desiderans quae deesse videntur. Fecit idem Aristoteles iis qui ante ipsum scripserunt: Dialecticis, Rhetoricis, Philosophicis scriptoribus. Et schola ipse in Academiis, quas defendunt reprehensores Rami: & ordinem immutarunt Aristotelicum, & multa praeterierunt, multaque de suo addiderunt: & Rudolphus Agricola istud ius sibi etiam arrogavit: & non idem quod Aristoteles; sentit & tradit de locis inveniendi. Ipsi etiam Mathematici, quorum certa sunt semita: tamen non iisdem insistent omnes, quibus Euclides & Ptolemaeus, vestigiis. Ego equitatem & humanitatem in nostris iudiciis quae de aliis facimus, desidero. Si idem semper sentiendum & loquendum sit: nihil novi invenire liceat.

4  
IOAN. PISCATORIS  
AD OPT. INDOLIS MA-  
GNÆQUE SPEI ADOLESCEN-

tem PAUL. OLEVIANUM  
Gasparis F. præfatio.

**D**LERIQUE adhuc philosophiæ  
studiosi (charissime Paule) præ-  
clara quadam opinione ac præ-  
judicio, sicut de reliquis Ari-  
stotelis libris, ita imprimis de  
Organo ejus Logico imbuti: ægré ferunt, Pe-  
trum Ramum suis animadversionibus jam-  
pridem illud reprehendere ausum, à plurimis  
quibus refertum est erroribus & nugis & tri-  
cis ipsum repurgasse. Contrá non desunt etiam  
qui nimio novæ P. Rami Dialecticæ amore ab-  
repti, plus quàm par est, illi tribuant, nimi-  
umque securé in ipsa acquiescant. Vtrique re-  
prehensione digni sunt. nam philosophiæ stu-  
diosum neque ita ignavum esse oportet, ut ad  
judicandum aliorum inventa sui vires inge-  
nii non adhibeat: neque ita servili ingenio es-  
se convenit, ut in ullius magistri, sive veteris  
sive novi, verba juret: quin potiùs libertatem  
judi-

judicandi, cum singulari veritatis studio conjunctam, retinere atque usurpare omnes debent. Ac ut de meipso nonnihil dicam: non quidem ulla jaētantia, sed simpliciter veritatis attestandæ gratia: equidem á puero in præceptis Aristotelicis Sturmianarum partitionum enutritus, ipsum postea Aristotelis Organum, primúm in patria, tum á M. Melchiorre Speccero Theologo, tum á Leonhardo Hertelio, utroque sané docto viro: deinde veró Tubingæ á clariss. philosopho Iacobo Schegkio per quinquennium, maxima sui parte explicari audiui: privatim quoque tum illa quæ audiveram, tum reliqua quorum explicacionem ex ullo præceptore audire non contigerat (ea autē sunt Topica) adhibitis Schegkii commentarijs, partim in lucem editis, in sextum scilicet & septimum librum, partim privatim ex dictantis ore conscriptis, in quinque priores, meditatatus sum: atque ita totam meam adolescentiam, florentissimam nimirum ætatis partem & ad discendum accommodatissimam, post studium sacrarum literarum in Logicis Aristotelis potissimúm consumpsi. Et sané neque temporis in istud studium impensi,

neque laboris adhibiti me unquam pœnituit. Veruntamen per id tempus in tanta veritatis luce versatus non sum, quantam postea ex lectione ac meditatione Dialectices P. Rami, per gratiam Dei sum adeptus. quorsum enim attinet, vel odii declinandi, vel modestiæ nescio cuius præposteræ affectandæ studio, ingrato silentio tegere atq; suppressere beneficium Dei? Primum igitur quum mihi Tubinga Argentiniam reverso, amicus quidam Dialecticam P. Rami legendam dedisset: perlegi illam unâ cum Audomari Talæi prælectionibus: & quanquam non omnino sine sinistro præiudicio, quo Tubingæ imbutus fueram, ac proinde adhibita singulari cautione, ista perlegissem: tamen ex illa lectione jam tum clarior veritatis lux affulgere mihi cœpit. Contempsitamen illam, aut certé non satis colui: abreptus illo præiudicio: itaque semel legisse contentus, plus temporis in disputationibus illis cognoscendis tunc non posui. Postea veró quum Heidelbergæ in Pedagogio oratio quedam Ciceronis explicanda mihi esset: egoque in illa explicatio-  
ne usitatum scholarum morem quem á præceptoribus meis didiceram, sequi cœpissem: ibi  
tunc

tunc pater tuus, quum ut meus magistratus, docentem me audivisset: postea domi suae meam docendi rationem improbare, meque ad analysin Rameam cohortari. Ejus igitur hortatu impulsus, ego Dialecticam Rami relegere, diligentiusque quam antea meditari: denique in resolvenda tum illa oratione, tum etiam Ciceronis Officiis, ad usum adhibere coepi: ac tum primùm nativos & maturos studii mei Logici fructus percipere mihi visus sum. Quumque Dialectica Philippi, quam discipulis meis explicabam, indies minús mihi satisfaceret: pleraque, praesertim in libro ultimo qui de Locis argumentorum est, emendare melioraque efficere studui. Quum verò de istiusmodi emendationis partim tædio, partim invidia apud patrem tuum quereretur: is hac molestia & me & discipulos meos sublevaturus, adhibita mea opera Dialecticam Rami, ubi opus videretur, reformare, melioremque aut certè utiliore[m] nostrisque scholis accommodat[i]orem efficere conatus est. Quamquam non nisi priorem artis partem qua de Invention[e] seu locis argumentorum est, reformandam susceperamus: quòd ea potissimùm in Philippo

*emendationem desiderare, cætera veró partim tolerabilia, partim etiam laudabilia uti-  
 liaque viderentur. Et sané ille noster labor nõ  
 parum postea me adjuvit, quum Sigena junio-  
 res Comites Nassovii, cæterique illis adjuncti,  
 in Dialecticis instituendi mihi essent. Verum-  
 enimvero posteaquam illis in Geldriam cum  
 patre profectis, scholeque ad quam Sigena in-  
 stituendam vocatus fueram, consilio in aliud  
 tempus rejecto, huc Neostadium me contulif-  
 sem: existimaui me operæpretium facturum,  
 si quæ jam anté per biennium & eo amplius, in  
 tota Rami Dialectica mihi minús satisfacere  
 animadverteram, literis mandarem: illasq;  
 meas animadversiones, non quidem in no-  
 num annum, ut ille poëtis imperat: sed tamen  
 ad aliquod tempus quod editioni tēpestivum  
 videretur, pressas: aliquando in lucem emitte-  
 rem, & cum philosophiæ studiosis communi-  
 carem. Hasce igitur animadversiones, jam  
 ante annum à me cõscriptas divulgare visum  
 est hoc tempore, meis quidem rationibus non  
 satis (ut arbitror) tempestivo: sed non priva-  
 torum commodorum, verúm commodi publi-  
 ci rationem habendam duxi. Spero enim, hæc  
 qua-*



qualiacunque studiosis philosophia, qui candorem ad legendum attulerint, non nihil profutura. Ad te autem mi Paule, nominatim mittere volui: ut aliquas patri tuo gratias, tum pro aliis ipsius in me beneficiis, tum pro communicata in hoc studii genere opera atque etiam ope (non pauca enim exempla ex ipsius volumine quodam Dialectico excerpimus) referrem: tibi que tanquam legitimo heredi, hanc patrimonii tui particulam, á patre tuo acceptam, restituerem. Et si enim fortasse meis animadversionibus non admodum eges: quum domesticum præceptorem habeas patrem, in hujus artis usu jam diu multumque versatum, & singulari ad pueros instituendos dexteritate præditum: tamen quum ut in proverbio est, oculi plus videant quam oculus: velim, te meum oculum ad oculum patris tui: hoc est, mea mentis judicium ad judicium illius adjungere: maximè quum illa minimum discrepare, plurimumque inter se congruere atque consentire putem. Deum patrem luminum oro, ut mentem tuam non solum hac luce rationis, verum imprimis luce illa divina sui spiritus quotidie magis magisque illustret: ut aliquan-

A festo .S. Marci Incipit anno 82

10

EPISTOLA.

do lucē veritatis tum philosophica, tum Christiana, iis qui in ignorantia errorumque tenebris constituti fuerint, præferre, eosque ut utile Dei organon illustrare atq; erudire possis. Amen. Ex Neapoli Casimiri-riana, 4. Febrúar.

Sebolur<sup>2</sup>, lib<sup>2</sup> M. D. LXXIX.  
cap<sup>2</sup>.

In ipso differendo rationum genera sunt quatuor  
διδακταλικοί διαλεκτικοί πεπραδικοί  
επισκοπικοί. i. doctrinalis, dialectica, ten-  
tativa, consentiosa

IN

Et licet in distinctis dissimilium generum in finibus  
modis ratiōis & constituendis variis bonorum invidia  
occupentur unumque eorum idcirco nominibus apppellentur Gram-  
matici, Rhetorici, Historici, Philosophici, Mathematici, Physici, Juris-  
consulti, Medici, &c. ubi sibi subiectus  
una ratiōis me-  
rita est quæres  
inter prætentur



Lib 2 cap VII De subiecto dia-  
Sed de fine dialectica sicut in comitata est quæstio  
magna de subiecto dialectica quid sit quod differendo  
trahitur possit. Omnia vivo nihil ex ipso atq; id Aristote-  
le hunc autorem confirmo. Atq; illud minimum est primo quar-  
ti Philosophici ens quatenus ens, ab Aristotelis dialecti-  
co subiectum, imo verò non ens omnino quidlibet sen-  
tum seu factum quod trahitur a ratione disputari & ex-  
plicari possit

Lib 2 cap 2  
Dialectica tota  
communis, est  
universalis est  
lib 2 cap 2  
Dialectica tota  
communis, est  
universalis est  
lib 2 cap 2  
Dialectica tota  
communis, est  
universalis est

lib 2 cap 2  
Vocabula autem Dialectice & Legitimi generis  
haec & communia sunt totumque sano quomodo duntaxat  
verbi rationem complectuntur. Plato & Aristoteles in

# N. P. RAMI DIALECTICES LIBRUM PRIMVM, QVI EST DE INVENTIONE,

LIB 2 cap 2  
VENTIONE,  
ANIMADVERSIONES IOAN. PISCATORIS ARGENTINENSIS.  
CAP. I. Quid Dialectica.



DIALECTICA est ars bene differendi : eodemque sensu Logica dicta est. De his vide. *Deo hic*  
*haec au*  
*hor noster*

Dialectica] Vocabula haec, διαλεκτικὴ & λογικὴ, sua natura adiectiva sunt : sed usurpantur substantivè: eò quòd brevitas studio substantivum omittitur: quod est δύναμις, vel ἐπιστήμη, vel τέχνη : ut plene dicatur δύναμις διαλεκτικὴ, id est, differendi facultas : vel ἐπιστήμη διαλεκτικὴ, differendi scientia : vel τέχνη διαλεκτικὴ, differendi ars. Similiter δύναμις λογικὴ, rationis facultas, &c. *Deo hic*  
*haec au*  
*hor noster*  
*dicib eodem*  
*sensu logica*  
*ca dicta e*  
*quia orant*  
*quidam qui*  
*a ligno d'ifor*  
*imèn inter*  
*Dialectica*  
*Logica re*  
*voluntate est*  
*et tacite occu*

Ceterum διαλεκτικὴ dicta est παρά τὸ διαλέγεσθαι, id est à colloquendo, quam esse nativam huius verbi significationem : arguunt nomina inde ducta, διάλογος colloquium, & διάλεκτος sermonis proprietas. Sic autem appellata haec ars videtur, quòd Philosophi in colloquutionibus & congressibus suis studiosè ea uterentur. Quanquã διαλέγεσθαι non tam colloqui, quàm interloqui significat : unde in dialogis interloquutores nominantur, qui Græcis dicuntur οἱ διαλεγόμενοι. Hanc enim sermonis interruptionè seu interfectionem qua in colloquiis fit, notat praepositio διά, quod ipsum etiam notari videtur phrasi illa apud Terentium, Sermones cadere. In colloquiis enim alter alterius sermonem interrumpit & quasi caedit ac secat : sicut contrà in oratione perpetua quum unus tantum loquitur, omnia inter se cohaerent. Respondet Germanorum verbum *unterreden* : dicunt enim, sich mit einander unterreden: ut διαλεκτικὴ Germanicè sonet *unterred kunst* : sicut rectè Philippus tradidit. λογικὴ verò dicta est παρά τὸν λόγον, id est, à ratione. Est enim ars ratiocinandi, id est argumentandi, & omni-

Cap 2 lib 2  
Cuius vis, si mihi est, est ad quem non  
pars aliqua sed tota & numerus sa natura  
ut illig rei finis dignitate ad quem non omnis eius partes  
spectent tendant & appiunt, Alioquin finis omnium non  
esset si alia pars alio tenderet

Διαλεξιμασία ἢ τῶν λόγων χρῆσις, εἴσησις

I. P I S C. A N I M A D.

et ratione I 2  
uti idem c/s

videtur  
quodam  
modo

no, ratione utendi. Sunt qui λογικὴν interpretentur artē orationis: nā λόγος orationem quoque significat. Illi nomē hoc Dialecticæ attributum existimant per synecdoχην generis: idque καὶ ἐξοχὴν, propter excellentiam. Cū enim εἰς τὴν Grammaticam & Rhetoricam λογικαὶ sint: quarum altera circa orationis puritatem, altera circa ornatum versatur: tamen in primis esse λογικὴν Dialecticam: ut quæ versetur circa orationis veritatem. Hæc sententia cum vulgari illa consentit, qua Grammaticam, Rhetoricam & Dialecticam artes dicendi nominant. Sed dicendi ars, sola Rhetorica est: Grammatica verò loquendi & scribendi: Dialectica ratiocinandi, seu ratione utendi. *in c. 11. d. 1.*

*Est ars*] Dialecticam esse artē, probant vulgò ex artis definitione quam tradit Lucianus his verbis, τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταληψέων ἐργετημνασμένων πρὸς πτέλος εὐχρηστον τῶν ἐν βίῳ. id est, Ars est veluti corpus doctrinæ, constans præceptionibus exerceri solitis ad utilem aliquem in vita finem. Hic ars definitur, quatenus literis mandata est. Aristoteles verò artē definit, quatenus artificē perficit. τέχνη (inquit ἐστὶν ἐξὶς ποιητικὴ μετὰ λόγον ἀληθῆς, id est, ars est hābitus faciendi cum ratione vera. Vbi et si artis vocabulum ad opificum artes quæ mechanicæ appellantur, restringi videatur: illæ enim sunt ποιητικαὶ: tamen sciendum, πραγματικὰς etiam esse artes: cujusmodi sunt omnes artes quæ liberales dicuntur, quòd libero homine dignæ sint, & à liberis ferè exerceri soleant. Cæterum ποίσις & πράξις, id est effectio & actio, ita differunt: quòd illa opus aliquòd post se relinquit, hæc nullum. Exempli gratia, ποίσις futoris relinquit post se calcem: πράξις Musici, nullum relinquit opus. Quum enim desit cantus, nihil inde remanet quod oculis subijci atq; ostendi possit.

*Bene differendi*] Adverbium Bene redundare videtur: ut quod contineatur artis vocabulo. Ars enim omnis, bene seu rectè faciendi agendive habitus est: ut modò ex Aristotele tradidimus. Disserendi autem verbum hoc loco (sicut & apud Ciceronem passim) per metaphoram usurpatum, idem valet quod Docere. Sumpta metaphora ab olitoribus, ut Varrò admonet. Quemadmodum enim olitor diversa semina in diversas areas ferit, atque ita differit, id est hac illac ferit: ita qui docet, diversas quæstiones diversis locis proponit & explicat, unamquamq; scilicet suo loco. Vnde intelligitur, differendi verbo non omnè Dialectices vim comprehendì: sed unam tantum ejus particulam, videlicet methodum, notari. Methodi enim est, singulis locis dicere: non autem diversa unum in locum confundere: ut nec olitor diversa semina in unam aream confundit: sed singula suis in areis ferit. Et quanquam hæc propria est hujus verbi significatio: tamen ejus usum vix apud ullum auctorem reperias. Metaphorica autem illius significationis usus

tum

tum apud alios auctores, tum imprimis apud Ciceronem frequentissimus est. Quod ipsum etiam evenit verbo Disputandi: quo tanquam synonymo creberrime Cicero utitur. Disputare enim (si Varroni credimus) proprie significat, diligenter vitare. quare Disputare pro Docere, metaphora à vitatore est. Que madmodum enim vitator vites putat, id est, superflua framenta ferro amputat: ita qui docet, is superflua, id est aliena & quæ ad rem non pertinent, amputare atque omittere debet: quæ una ex methodo legitur est. Vnde perspicitur, nec disputandi verbum totam Dialecticam vim complecti. Quæ quum ita sint, melior Philippi definitio videtur: quatenus Dialecticam artem docendi esse tradidit. nam ad verba quæ addit, Rectè, ordine & perspicue; superflua videntur: quum ipso artis contineantur vocabulo: quemadmodum & paulo ante de adverbio Benè in definitione Rami, admonuimus. Diligenter tamen hinc cavendum, ne docendi verbum quod hinc proprium est, arctius restringamus quàm natura ejus postulat: hoc est, ne concionatores tantum in remplis, & professores atque præceptores in scholis docere putemus. Non ita est: sed docet, quicumque alterum in cognitionem rei incognitæ ducit: sive is naturam rei declarat, sive demonstret sententiæ veritatem. hæc enim duo sunt docendi genera. Itaque docendi verbum etiam ad forum & curiam, denique ad quemcunque sermonem pertinet. Quo loco & illud notandum est; Dialecticam non solum esse artem docendi, sed discendi etiam, id est intelligendi & judicandi, quid & quo modo dicat is qui docet. Itaque hac arte utimur in ἀναλύσει authorum: quando illorum scripta velut retextimus, ut & quid & quo modo dixerint, accuratius exactiusque intelligamus. Similiter si per te ipsum sine doctore rem quampiam discere, id est cognoscere atque intelligere velis: hac arte tibi opus est. Quare hæc ars non solum tam latè patet, quàm latè patet hominum sermo: sed etiam quàm latè patet usus humanæ rationis. Vnde non solum δαλετική appellata est, à sermone: verum etiam λογική, à ratione. Sermonis, docere est: rationis, discere. Quare Dialectica & docendi & discendi

*Benè in definitione Rami, admonuimus. Diligenter tamen hinc cavendum, ne docendi verbum quod hinc proprium est, arctius restringamus quàm natura ejus postulat: hoc est, ne concionatores tantum in remplis, & professores atque præceptores in scholis docere putemus.*

*Sub hoc loco lib. 2 cap. 2*

*Dialectica est tota sit ars*

CAP. 2. DE PARTIBUS DIALECTICÆ de quibus argumenti generibus.

*scientia ratio*

Dialecticæ partes duæ sunt, "Inventio & iudicium." Inventio, est pars Dialecticæ de inventendis argumentis. Argumentum, est quod ad aliquid arguendum affectum est: quales sunt

*invenio in quo dividitur in 2 partes Nam dico*

*Notandum quod, vocabula arguuntur in alio sumuntur ab Aristotelicis. Sic in hinc de in Aristotelicis. Ab Aristotelicis. Sicut modo promissio. Sicut termino sumuntur. Sic per: utroque antecedente et eo sequente et utroque.*

*sunt officia vel munera seu munera rationis sua munera invenire. Sicut care ergo totide Dialecticæ quod munera seu munera.*

*sicut hic aut bo*  
*ponat & sola*  
*de se considera*  
*ta, tamen ipsa*  
*rationes seu argu-*  
*mentum illa & se*  
*intelligi ad posse*  
*qualia sint nisi*  
*ad aliud conferantur*  
*ut in exemplo homo & effectum*  
*inter illi ad posse*  
*nisi conferantur*  
*Deo quam obrem*  
*propter iniquitatem*  
*urget Romanum hoc in loco*  
*ubi minus videtur*  
*dictum putat apud*  
*Ratio*

singulæ rationes, sola & per se consideratæ;  
 Argumentum, est artificiale aut inartificiale:  
 Artificiale, quod ex sese arguit: est autem, pri-  
 mum vel à primo ortum. *7<sup>o</sup> quod ex se & p se probabi-*  
*litate quibus non videtur ut pro-*  
*missis ut homo & at*  
 Primum, quod est suæ originis: estque sim-  
 plex aut comparatum. Simplex, quod simpli-  
 citer & absolute consideratur: Estque consen-  
 taneum aut dissentaneum. Consentaneum, est  
 quod consentit cum re quam arguit: estque  
consentaneum absolute aut modo quodam:  
absolute, ut causa & effectum. *Absolute consentaneum*  
*est ut homo & effectum*  
*Deo*  
*absolutè*  
*consentit*  
*quia et*  
*causa*  
*est effectum*  
*homo &*  
*consentit*  
*non*

*Partes due]* Partitio hæc Stoicorum fuit, auctore Cicerone  
 in Topicis. Estque vera & legitima hujus artis partitio: qui-  
 pe sumpta ex causis artem constituentibus, materia scilicet &  
 forma. Materia enim Dialectices, argumenta sunt: nam ex his  
 explicatio quæstionis constat. Forma, est argumentorum cum  
 quæstione dispositio: quæ facit ut explicatio quæstionis judi-  
 cari atque intelligi possit, ac proinde nomen explanationis me-  
 reatur. Sed hanc partitionem nonnulli hodie reprehendunt:  
 existimantes, judicium non esse peculiarem Dialectices par-  
 tem, sed commune totius artis adjunctum, per totam artem  
 usum: quippe quod & in inventione judicio opus sit, nimi-  
 rum in delectu argumentorum. Verum illi (quod pace eorum  
 dixerim) non attendunt, quid Stoici vocabulo Iudicii intel-  
 lexisse videantur: nempe argumentorum inventorum dispo-  
 sitionem seu collocationem ad bene judicandum. Itaque judi-  
 cium pro dispositione dixerunt per metonymiam effecti. Iudi-  
 cium enim, id est intelligentia explanationis, ex argumentor-  
 um dispositione nascitur. Hoc sensu Stoicos Iudicii vocabu-  
 lum in hac partitione usurpasse, ipsa & Aristoteles arguit: qua inven-  
 tioni Iudicium opponunt. Quod si illos offendit Iudicii voca-  
 bulum, utantur vocabulo dispositionis: dummodo veram  
 hanc artis partitionem retineant. Sed afferunt iidem loco hu-  
 jus partitionis, divisionem quandam hujus artis in duas speci-  
 es, Topicam scilicet & Apodicticam. Et hanc divisionem vi-  
 dentur sumere ex divisione enuntiationis seu propositionis quæ  
 extat apud Aristot. in principio Analyticorû: ubi πρώταιν dividit  
 in διαλεκτικὴν & ἀποδεικτικὴν. Topicam igitur faciunt artem ar-  
 gumentandi ex contingentibus seu probabilibus: Apodicti-  
 cam verò, ex necessariis. Verum hæc divisio vitiosa videtur:

quum

quum sit una eademque ars argumentandi & ex contingenti-  
 bus & ex necessarijs, quin etiam eadem sunt utrobique argu-  
 mentorum genera, seu iidem (ut vulgo appellant) loci. quippe  
 sunt causæ tum contingentes, tum necessariae: similiter effecta,  
 subiecta, adjuncta. Nec verò si Aristoteles propositionem in  
 dialecticam seu topicam & apodicticam divisit, continuò duæ  
 species Dialecticæ, id est, artis dislerendi, hinc existunt. Duplex  
 quidem hinc oritur syllogismus, Topicus & Apodicticus: sed  
 ratione tantùm materiæ duplex, non autem ratione formæ.  
 Eadem enim utriusque syllogismi formulæ sunt, tribus figuris  
 ab Aristotele comprehensæ. Declaremus rem simili. Aurifa-  
 ber poculum nunc ex auro facit, nunc ex argento. num igitur  
 quia materia poculi duplex est, ars etiam faciendi poculum erit  
 duplex? Imò pari modo tractat aurifaber & aurum & argentum:  
 fundendo scilicet, cudendo, scabendo, limando, poliendo. Sic  
 sutor calceum nunc facit ex corio taurino, nunc ex vitulino,  
 aliàs ex hircino aut caprino: num igitur pro varietate corij, ars  
 faciendi calceum erit multiplex? Imò pariter tractat sutor quod-  
 vis corium: scindendo scilicet, suendo, modulis extenden-  
 do. Sic etiam disputator argumenta seu probabilia seu neces-  
 saria pari ratione invenit ac disponit, ut quæstionem sibi pro-  
 positam explicet. Retineamus igitur veterem illam Stoico-  
 rum partitionem in ἐπιτηδὸν & κερήνην: quam & Cicero & post  
 illum Philippus retinuit.

*Inventio*] Invenite, propriè est in rem quam quæsieris, veni-  
 re: id quod corporis est, rerumque; corporearum: corporis enim  
 motu, oculorumque aspectu, & quærimus & invenimus. Est  
 igitur hinc metaphora à corpore ad animum: nam inventio hinc  
 est argumentorùm, id est, earum rerum quæ ad docendum requi-  
 runtur, excogitatio. quanquàm hinc inventionis nomine non ipsa  
 illa excogitatio, sed eius ars, per metonymiã effecti intelligitur.  
 Traduntur enim hoc primo libro, argumentorùm genera: quæ quæ  
 memoria tenet, quæstionemque; proposita mentem ad singula re-  
 fert, cogitando quænam in singulis illis generibus species ad quæ-  
 stionem propositã pertinentes contineantur: is artẽ inveniendã  
 quæ hinc traditur, tenet & exercet: ut qui cogitat, quæ sint rei  
 propositæ causæ, quæ effecta, quæ subiecta, quæ adjuncta, &c.

*Iudicium*] Iudicii nomine intelligitur hinc argumentorum  
 inventorum dispositio seu collocatio ad bene iudicandum: per  
 metonymiam effecti.

*Est quod*] Satis commoda videretur hæc argumenti ex con-  
 jugato definitio: nisi author arguendi verbo novè uteretur.  
 Arguere enim authori significat non solùm veritatem alicujus  
 affirmationis aut negationis probare seu demonstrare: qui vul-  
 garis hujus verbi usus est: verùm etiam rei cuiuspiam naturam  
 declarare seu explicare absque ullo syllogismo. Et si aut eadem

omnino rationes sunt, quarum usus est & ad demonstrandum & ad declarandum: tamen quum argumentum propriè dicatur, quatenus adhibetur ad demonstrandum: sciendum est cathresin esse, quum natura rei argumento quoquam declarari dicitur. Quod ut meliùs intelligatur: sciendum est, argumenti usum esse duplicem: prout est duplex quæstio. Quæstio enim aut simplex est, aut conjuncta. Simplex, qua quæritur de re simplici seu unica: ut ejus natura declaretur. Et ad hanc nec Ita, nec Non, responderi potest. ut, Quid est peccatum? Quotuplex est peccatum? Quæ est causa peccati? qui effectus? &c. Conjuncta quæstio est, qua quæritur de rerum duarum inter se conjunctione, id est, affirmatione vel negatione: ut illius conjunctionis veritas demonstraretur. Et ad hanc responderi potest Ita vel Non. ut, Estne diabolus causa peccati? Ita. Estne Deus causa peccati? Non. Quum igitur duo sint quæstionis genera: duo etiam sint necesse est genera explicationis. Ea sunt, declaratio & demonstratio. Declaratio, est explicatio quæstionis simplicis: demonstratio, est explicatio quæstionis conjunctæ. Iam rationes quæ tum ad declarandum, tum ad demonstrandum, id est, omnino ad explicandum docendumve adhibentur, eadem sunt reipsa: sed ratione usus differunt. Quatenus enim adhibentur ad demonstrandum, nominantur argumenta, quo modo & Cicero argumentum definivit, probabile inventum ad faciendam rei dubiæ fidem. unde etiam argumentum Aristoteli *πίσις*, id est, fides, per metonymiam effecti dicitur. Quatenus verò adhibentur argumenta ad declarandum, id est, explicandum quæstionem simplicem: jam non amplius argumenta (nisi *καταχρηστικῶς*) nominari possunt: quum non arguant, id est, sententiæ dubiæ veritatem non demonstrant. Esse autem hanc genuinam argumenti significationem: verbum Argumentari & nomen Argumentatio inde ducta, satis arguunt. Argumentari enim, est argumento demonstrare: & argumentatio, per argumentum demonstratio. Quod de duplici argumenti usu admonuimus, exemplo planum faciemus. Primum argumenti genus quod ab authore nostro traditur, causa est. Iam causa usus est tum in declaranda quæstione simplici, tum in demonstranda conjuncta. Declarationis exemplum extat Iacob. 1. 13. Nemo quum tentatur, dicat se à Deo tentari: nam Deus tentari malis non potest, nec quinquã tentat. Sed unusquisque tentatur, dum à propria cupiditate abstrahitur & inescatur: deinde cupiditas posteaquam concepit, parit peccatum. His verbis Iacobus causam peccati indicat: & hic quæstio simplex est, unde nascatur peccatum? Respondet Apostolus: Non à Deo: sed à cupiditate hominis. Demonstrationis exemplum est in illo Christi, quum ad Phariseos ait, Quomodo potestis bona loqui, quum mali sitis? His verbis argumentatur Dominus à causa: & argu-



argumento causâ demonstrat, Phariseos bona loqui non posse, sed tantum mala. Malitia enim cordis, malorum sermonum causa & quasi fons est, sicut idem ait, Ex abundantia cordis os loquitur. Hic est quæstio conjuncta, An Pharisei possint bona loqui? Responsio, Non: argumentum à causa. Duplex hic argumenti usus bene notandus & diligenter distinguendus est: magnam enim lucem doctrinæ Inventionis affert: ubi singuli argumentorum loci exemplis utriusque usus, declarationis inquam & demonstrationis illustrandi sunt. Videtur hoc à paucis animadverti: quæ quidem ignorantia ex inopia vocabulorum nascitur. Quod si vocabula novare ac fingere auderemus: clarè rem proponeremus ad hunc modum. Dialectica, est ars docendi. Id quod ad docendum proponitur, vocatur quæstio. Id quod ad docendum adhibetur, generali nomine vocari possit documentum. Iam documentum est duplex: sicut & quæstio. Quæstio enim aut simplex, aut conjuncta: sic documentum, aut declaramentum aut argumentum. Declaramentum, est documentum quod adhibetur ad explicandum quæstionem simplicem: Argumentum, est documentum quod adhibetur ad explicandum quæstionem conjunctam. Sed quoniam documentum vocabulum hic novatum est: declaramenti, omnino novum: (analogum tamen deliramenti) proximum est, si à vocabulis istis abhorreamus, ut argumenti duplicem esse usum dicamus: quemadmodum explicatum est.

*Per se considerate*] Hoc minus rectè dictum videtur. Argumenta enim per se & absolute considerari non possunt: quum argumentum non possit esse aut intelligi sine eo quod arguitur, id est, argumento demonstratur vel etiam declaratur: ut causa non potest intelligi sine effectu, subjectum sine adjuncto, &c.

*Artificiale aut inartific.*] Sumpta est hæc divisio ex Rhetoricis Aristotelis: sed vitiosa videtur propter posterioris membri falsitatem. Testimonium enim, quod inartificialis argumenti nomine intelligitur, non minus artificiale est, quam cæterorum argumentorum quodlibet. Neque enim majoris artis est, cogitare quænam sit causa rei, aut effectus, aut subjectum, aut adjunctum, aut alia quæcunque ratio: quam cogitare, quodnam testimonium extet ad sententiam propositam confirmandam. Et in arte inventionis tam de testimonio, quam de cæteris argumentis præcipitur. Commodioribus vocabulis Cicero usus videtur, quum in Partitionibus oratoriis argumentum divisit in insitum & assumptum. Insitum argumentum est quod in ipsa quæstione quasi insitum est atque inhæret. itaque etiam quum investigatur, ex quæstione eruendum est: quod fit, dum cogitatur, quænam sit subjecti vel predicati quæstionis causa, qui effectus, &c. Assumptum argumentum est quod extrin-



2. Posteriorum cap. 2. Scire autem temporum opinemur nuncigare & simpliciter sed non philosophico modo qui est secundum accidentem cum causam

I. PISC. ANIMAD.

arbitramur  
cognoscere prop  
ter quam res  
est, quoniam  
illius causa est  
non est  
tingere docet  
aliter si habere posita.

fecus ad quaestiones alteram partem, nempe affirmationem aut negationem probandam seu confirmandam assumitur: cujus generis unicum est, testimonium.

Absolute consideratur] Nullum argumentum absolute considerari posse, paulo ante admonuimus. Sed simplex argumentum absolute considerari hic dicitur respectu comparati: quia simplex argumentum comparatur tantum cum eo de quo est quaestio: comparatum autem etiam cum re alia extra quaestione

Quod consentit cum re quam arguit] Ita scilicet, ut altero affirmato, etiam alterum affirmandum sit: itemque utro negato, alterum quoque negandum: sive necessarió, sive probabiliter. Haec enim consequutio per istam consensionem intelligenda est.

3. DE EFFICIENTE, PROCREANTE & CONSERVANTE.

Non enim vere proprie qz scin  
dicatur, cum rei causa  
est propria

Quis possit sic, Ramus binae species  
suo quibus, imo minibus generibus, illa quae  
vixit amari non potest. sed qz qz qz qz  
in materia eundem re fungis possunt ut  
faber et materius qz qz qz qz qz qz  
Sine affectu parit  
Alterius quod  
simul cum causa  
fit et forma  
vires reas reas  
seclam sequit  
fuis  
qui qz qz qz  
quae qz qz qz  
har illi ad hunc

Causa, est cujus vi res est. Itaque primus hic locus, inventionis, non est omnis scientiae: scilicet, demum creditur, cujus causa teneatur ut merito dicatur a Poeta:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Causa, est efficiens & materia, aut forma & finis. Efficiens, est causa a qua res est; cujus etiam vera genera nulla nobis apparent, ubertas tamen permagna modis quibusdam distinguitur: Primó quod procreet aut tueatur. Ovid. l. de Remedio: procreando de nono ali quid

Ergo ubi visus eris nostra medicabilis arte, Fac monitis fugias otia prima meis:

Hac ut ames, faciunt: hac qua fecere, timentur:

Hac sunt jucundi causa cibi que mali.

Otia si tollas, periere cupidinis arcus:

Contemptaeq; jacent & sine luce faces.

Sic pater & mater procreant; nutrix tueatur.

Aeneid. l. 1. Non  
το τε ναρ πιρευμεν μη  
δρα οταν απουδακ.  
δαι τουλαβωμεν

XIII Efficiens causa  
2 qui causa de alijs. 3 in ipso  
in dicitur  
Hic dicitur, meo generis in press sed sub  
Distinguitur 1 qui procreantem  
Distinguitur

*Nō tibi diva parens generis, nec Dardanus author,  
Perfide: sed duris genuit te cantibus horrens  
Caucasus Hyrcanag<sup>3</sup>, admorunt ubera tigres.*

Sic Romulus conditor Romanæ urbis: Re-  
ges deinde reliqui, Consules, Imperatores, tu-  
tores & conservatores fuere.

[*Cujus vi res est*] Videtur dicendum, Fit vel est. Sunt enim  
causæ (ut Aristoteles tradidit) aliæ τῆς οὐσίας, id est essentia: ut  
materia & forma: aliæ τῆς γενέσεως, id est, generationis: ut effi-  
ciens & finis. Finis enim efficientem ad generandum movet  
atque impellit: Efficiens formam ex materia educit, aut in ma-  
teriam introducit. Opus effectum, ex materia & forma constat.  
Itaque materia & forma non solum causæ οὐσίας, verum etiam  
γενέσεως sunt: Et respectu οὐσίας potius partes, quam causæ sunt.  
Integra enim rei essentia ex materia & forma tanquam partibus  
constat. [*Efficiens & materia, aut &c.*] Author singulari studio  
διχόμικται consuetus est, pulcherrimam certè & fortassis uni-  
cam legitimam dividendi rationem: verum hic, ut & aliis non-  
nullis locis, vocabulorum inopia laborat. Efficientem tamen  
& materiam tanquam sub uno genere anonymo comprehen-  
sas causas conjunxit, itemque formam & finem. Mibi hæc  
quatuor causarum genera aliter digerenda videntur, nempe ad  
hunc modum: Causa est aut externa, aut interna. Externa, quæ  
extra effectum manet: ut efficiens & finis. Interna, quæ effe-  
ctum ingreditur: ut materia & forma. [*Aqua res est*] Pro Est,  
malim dicere Fit, propter rationem paulo antè expositam.

[*Procreet aut tueatur*] Divisio hæc augenda videtur ad hunc  
modum Efficiens, est aut generans aut corrumpens: Generans,  
est quæ facit ut res sit. Et est vel procreans vel conservans. Pro-  
creans, est quæ facit ut res quæ antea non erat, postea sit. Sic  
Deus creavit mundum: Noë extruxit arcam. Conservans, est  
quæ facit ut res quæ jam est, porro sit. Sic Deus mundum con-  
servat: sic conservavit Noachum in diluvio. Corrupens,  
est quæ facit ut res quæ antea erat, postea non sit. Estque vel  
abolens, vel labefactans. Abolens, est quæ facit ut res quæ jam  
est, postea omnino non sit. ut Deus diluvio delevit omnia ani-  
malia terrestria quæ erant extra arcam. Labefactans, est quæ fa-  
cit ut res quæ jam est, postea aliquo modo non sit, id est, facit  
ut aliquam perfectionis partem amittat. ut diabolus per pecca-  
tum labefactavit naturam hominis: per peccatum enim homo  
amisit imaginem Dei ad quam erat conditus. Sic morbus labe-  
factat vitam animalis: sic mutilatio aut truncatio membri, labe-  
factat corpus animalis: sic ommissio fractionis panis, labefactat  
ritum cœnæ Domini.

*distinguit caus  
sas in internas  
& externas*

## CAP. 4. DE EFFICIENTE

sola &amp; cum aliis.

¶ *que sine adiuvante* Secundò causa efficiens <sup>¶</sup> sola efficit, aut cum  
*hinc ope aliquod efficiat, cu alijs utro* aliis: Earumque omnium sæpe alia principa-  
*ubi una sine altera* lis, alia adjuvans & ministra. 9, Æneid. Nisus  
*non producit effectus* vocat ab Euryalo in se factæ cædis & culpam  
*¶ Arabe te & totius* & pœnam: quia solus author fuerit:  
*causa cum alijs ope* Me me: adsum, qui feci: in me convertite ferrum  
*vary's fuit principalis* Rutuli: mea fraus omnis: nihil iste nec ausus  
*operari utro quomodo* Nec potuit. --  
*operum utitur sunt* Solitaria causa cum plerisque & principali-  
*causæ adjuvantis et* bus & sociis, pro Marcello variè adhibetur. Nã  
*ministra; XII, 47* bus & sociis, pro Marcello variè adhibetur. Nã  
*Secundum quod in* bellicas laudes (ait Orator) solent quidam exte-  
*dicunt Romis cum* nuare verbis, easque detrahere ducibus & com-  
*alijs Græcis hoc ad* municare cum multis, ne propriæ sint impera-  
*cabulum usurpavi* torum: & certè in armis, militum virtus, locorũ  
*¶* oportunitas, sociorum auxilia, classes, cõmea-  
*¶* tus multum juvant: maximã verò partem, quasi  
*¶* suo jure fortuna sibi vendicat, & quicquid est  
*¶* prosperè gestum, id penè omne ducit suum. At  
*¶* verò hujus gloriæ, Cæsar, quã es pauló antè ad-  
*¶* eptus, socium habes neminem: totũ hoc, quan-  
*¶* tumcunque est (quod certè maximum est) totũ  
*¶* (inquam) est tuum. Nihil tibi ex ista laude cen-  
*¶* turio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma  
*¶* decerpit: quinetiam illa ipsa rerum humanarũ  
*¶* domina fortuna in istius se societatem gloriæ  
*¶* non offert: tibi cedit, tuam esse totam ac pro-  
*¶* priam fatetur. Instrumenta etiam in causis ad-  
 juvan-

juvantibus cōnumerantur: quo argumento impius Epicureus disputat, mundum nunquam esse factum. 1. de Nat. "Quibus enim (ait) oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a Deo atque ædificari mundum facit? Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui ministri tanti operis fuerunt?

*Sola efficit, aut cum alijs*] Divisio hæc sic proponenda videtur. Efficiens, est aut solitaria aut socia. Solitaria, quæ sola rem efficit: ut, Deus solus mundum condidit, Christus solus nos redemit. Socia efficiens est, quæ non sola, sed unâ cum alijs rem efficit. Socia, est aut principalis aut instrumentalis. Principalis, quæ instrumentalem in efficiendo regit & gubernat, ut, faber est causa principalis quæ efficit gladium: Spiritus sanctus est causa principalis quæ efficit in homine fidem in Christum. Instrumentalis, est qua principalis utitur ad rem efficiendam. Et est vel otiosa seu quiescens, vel adjuvans seu ministra. Otiosa est, quæ in efficiendo seipsam non movet, sed tantum movetur a principali. Sic ferra fecit lignum, malleus cudit ferrum: & omnino omnia artificum aliaque instrumenta inanimata suum quæque opus efficiunt ita, ut sese ipsa non moveant: sed ab artificibus, alijsve moveantur. Adjuvans seu ministra est, quæ ita a principali movetur, ut interim etiam ipsa seipsam moveat. Hujus generis sunt instrumenta animata: ut animalia bruta quorum usus est ad opus faciendum, itemque homines. Sic bos arat, equus trahit aut vehit: sic Deus ministerio hominum utitur ad fidem in electis gignendam. Hinc Paulus 1. Corinth. 3. 5. Quis igitur (inquit) Paulus est? quis Apollos? nisi ministri per quos credidistis: & ut cuique Dominus dedit. Et ibidem versu 9. Etenim Dei sumus συνεργοι, id est, cooperarii seu administri. Cæterum instrumenta etiam alio modo distingui possunt. Aut enim ejusmodi sunt, ut sine iis efficiens principale effectum producere non possit: ut sine malleo gladium efficere non potest faber: aut talia sunt, ut efficiens principale sine ipsis rem efficere possit, si vellet. Sic Deus sine verbi & sacramentorum ministerio fidem nobis donare & augere possit: sed non vult. *Quibus enim (ait) oculis*] Hoc primum exemplum argumentationis seu demonstrationis est quod in hoc libro proponitur: nam superiora omnia pertinent ad usum

declarationis. De quo duplici argumentorum usu supra diximus. Procedit autem proposita argumentatio à négatione causæ ad negationem effecti, hoc modo: Deo nulla fuerunt instrumenta ad mundum condendum: Ergo mundus à Deo non est conditus. Quæ conclusio falsa ex falsitate propositionis omiſſæ nascitur, nempe, Cuicumque instrumenta defunt, id rem efficere non potest. Deus enim efficere sine ullis instrumentis potest, quæcunque vult. Quo loco nonnihil de argumentandi regulis quas auctor noster infra axiomata appellabit, dicendum videtur. Philippus regulas consequentiarum vocat: Aristoteles *ἄπτες*, id est, locos. Eiusmodi regulæ seu axiomata à nostro auctore in aliquibus tantum argumentorum generibus seu locis traduntur: verum ad doctrinam atque institutionis constantiam pertinet, ut aut in singulis tradantur, aut in nullis profus. Neque enim major ratio est, cur in his tradenda sint, quam in illis: quum omnia æque argumenta sint. Etsi autem axiomata quædam seu regulæ argumentandi ad consequentiam enthymematum confirmandam percomoda videantur: tamen compendiosior ac certior consequentiæ confirmandæ ratio est, si propositio in enthymemate omiſſa suppleatur, atque ita syllogismus integretur. Syllogismi enim, veræ ac infallibiles sunt consequentiarum regulæ. Rem exemplo illustremus. Enthymema sit, Quicumque in Christum crediderit, salvus erit: quare & ego salvus ero. Petis rationem consequentiæ? Dico hanc esse, Quia ego in Christum credo. Vides, consequentiæ rationem in syllogismo esse positam: adde enim hanc sententiam enthymemati, & habebis syllogismum integrum, ad hunc modum: Quicumque in Christum credit, salvus erit: Atqui ego in Christum credo: Quare ego salvus ero. Atque hæc una est consequentiæ confirmandæ ratio: altera est per axioma: ut hic per locum generis hunc, Quicumque de genere affirmantur, eadem necesse est affirmari de qualibet ejus generis specie. Hoc axioma ad enthymema propositum sic accommodo: Fidelis, est genus singulorum fidelium. Ergo quæcunque de fidei affirmantur, nempe simpliciter, id est generaliter: ea etiam de singulis fidelibus affirmari necesse est: ut de me, te, &c. De fidei autem affirmatur æterna salus: Ergo etiam de me, te & singulis fidelibus. Vides, hanc posteriorem consequentiæ confirmandæ rationem per ambas eo ducere, quò prior uno veluti passu ducebat.

CAP. 5. DE EFFICIENTE

per se & per accidens.

*dicuntur etiam efficientes  
causæ quæ efficiuntur  
ab aliis. Philippus  
in libro Theol. de  
percepto originis*

+ Dimisso

efficientem quoque hanc causam

efficiens reperitur Anteriorum

hæc kata Symbeβikós attribuit  
causæ, posuit ipse

Tertio, causa efficiens, per se efficit, aut per

hanc kata Symbeβikós attribuit interpretari potest ita atque in textu

*causæ efficiens  
reperitur per  
se per se sunt  
Diabolus est  
negum tunc per  
est, etiam  
inter Diabolos  
ac utentis, per  
a magister de  
ina liberatur  
perhibens de  
percepto origi-*

accidens: Per se, quæ sua facultate efficit: ut <sup>quæ interna sua huius facultate efficit aliquid vel principium agendi intra se continet, ut sol se efficit diem, ignis calorem</sup> qua natura vel consilio faciunt. Ventorum naturalis efficientia est. 1. Æneid.

*Incubnere mari, totumq; à sedibus imis*

*Vnâ Eurusque Notusq; ruunt, creberg; procellis Africus: & vastos tollunt ad littora fluctus.* <sup>effluentes caussa distributio agendi huiusmodi exprimitur</sup>

Consilii exemplum est illa Ciceronis de se confessio. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nulla vi coactus, iudicio meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te. <sup>cap. lib. 2. Tanta illi quibusvis natura affuit res quæ nos nullum les præterea procreare</sup>

Per accidens efficit causa, quæ externa facultate efficit: ut in his quæ fiunt necessitate vel fortuna: necessitate, cum efficiens vi cogitur ad effectum, qualis est Pompeianorum excusatio. At mihi quidem (ait Orator) si proprium & verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, & improvidas hominum mentes occupavisse: ut nemo mirari debeat humana consilia, divina necessitate esse superata. <sup>Etiam principia agendi non ita habet nec inter se ut agit sed extrinsecus adueniunt</sup>

Fortuna est causa per accidens, quando præter efficientis scopum aliquid accidit. Sic casu fortuito (ait Tullius 3. de Nat. Deorum) Pheræo Iasoni profuit hostis, qui gladio vomericam ejus aperuit: quam sanare medici non poterant. In hoc genere causarum imprudentia connumerari solet. Ovid. 2. Trist. <sup>id est Fortune est casus est causa per accidens in quibus quæ raro fiunt Aristotele dicitur quod duplex est fortuna autem aliquid inefficacibus inveniunt, & in capite 2. philosophorum ut huiusmodi & pulcherrima & huiusmodi caput 3</sup>

*Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?*

*Cur imprudenti cognita culpa mihi est?*

*Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:*

*Præda suis canibus nec minùs ille fuit.*

*Scilicet in superis etiam fortuna luenda est:*

*Nec veniam, læso numine, casus habet.*

Hinc sumitur deprecatio: qualis est pro Ligario: Ignosce pater: erravit: lapsus est: non putavit: si unquam posthac. Et pauló post. Erravi: temere feci: pœnitet: ad clementiam tuam confugio: delicti veniam peto: ut ignoscas oro.

*Fortunæ autem nomen ignoratio caussarum confinxit: cum enim aliquid præter consilium ipemque contigerit, fortuna vulgo dicitur: nec*

*inscitè Iuvenalis,*

*Nullum numen abest si sit prudentia: sed te*

*Nos facimus, fortuna deam, caloque locamus.*

Fortuna] Fortunam finxerunt Ethnici deam gubernatricem seu moderatricem rerum humanarum, quæ bona & mala in singulos homines distribuat. Cumque viderent, sæpe malis esse bene, & bonis malè: plurimis eam convitiis prosciderunt, appellantes cæcam, brutam, iniquam, &c. quæ totidem in Deum verum blasphemiæ fuerunt. Cùm enim omnia regantur voluntate ac providentia Dei: diabolus convitia illa sub nomine Fortunæ in Deum verum expuit. Itaque à Fortunæ vocabulo, tanquam Ethnicorum proprio, Christianos homines abstinere decet: quæque illi fortuito casu evenisse dixerunt, per providentiam Dei facta esse dicere. Germanica phrasis qua dicimus, aliquid factum esse *ongeser*: si vim, vocabuli spectes, nihil impietatis continet. Idem enim valet ac si dicas, Sine periclitatione: id est, ita ut non feceris periculum ejus rei efficiendæ quæ tibi evenit.

*Hæc definitio quoque ex libro 2. CAP. 6. DE MATERIA.*

*Philosophia definita est*  
*cap. 3. dicitur* *Ex ov* *Materia, est causa ex qua res est. Hoc ar-*  
*gumento fito, apud Ovid. 2. Metam. Solis*  
*est causa ex qua* *domus auro, pyropo, ebore, argento com-*  
*ponitur.* *ponitur.*

*Definitio esse sicut hinc fit corpora sine in corpore sicut syllogismi, licet sola materia concepti materiam dicimus partes questionis, sic omnium artium præcepta sunt materia non tantum in libro scripta sed etiam mente sola comprehensa*



*Regia Solis erat sublimibus alta columnis,  
 Curamicante auro, flammisq; imitante pyropo:  
 Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat:  
 Argenti bifores rariabani timine valvæ.*

Cæsar 1. bel. civil. Imperat militibus Cæsar, ut naves faciant, cujus generis eum superioribus annis usus Britannia docuerat: carinæ primum ac statumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum, coriis integebatur.

*Materia* ] Materiam Latini propriè appellant ligna è quibus ædificantur naves, ædes, &c. quomodo & *υλη* significat Græcè sylvam. Itaque hinc per synecdochen speciei accipitur, pro quolibet ex quo aliud fit, non solum corporeo & sensibili, sed etiam incorporeo atque intellectu. Sic syllogismi materia enunciationes sunt, sive necessaria, sive probabiles. *Ex qua* ] Materiam vulgo triplicem faciunt, Ex qua, In qua, & Circa quam. Materia ex qua, dicitur ea quæ hinc definitur: Materia in qua nihil aliud est quàm subjectum: nã in subjecto adjuncta inheret atq; insunt: ut in mente scientia aut ignorantia: in voluntate virtus aut vitium: in corpore animalis, sanitas aut morbus, robur aut imbecillitas, pulchritudo aut deformitas. Materia circa quam, nihil aliud est quàm quod aliàs vocatur objectum: Objectum enim dicitur res circa quam mens vel sensus versatur atque occupatur cognoscendo seu percipiendo: nempe circa notiones mens: circa qualitates passibiles, sensus: ut circa colores visus, circa sonos auditus, &c. Sed præstat singula hæc suis distinctè appellare vocabulis: primum scilicet materiam, alterum subjectum, tertium objectum. *Regia Solis*] Vtrumque exemplum quod hinc proponitur, ad usum declarationis pertinet. Cujus generis sunt & hæc in sacris literis. Genes. 1. describitur materia ex qua Deus creavit mundum, videlicet abyssus aquarum, quam Ovidius chaos vocat. Genes. 2. indicatur materia ex qua Deus fecit primum hominem, videlicet pulvis terræ: item materia ex qua ædificavit illi uxorem, videlicet una de costis illius. Gen. 6. indicatur materia ex qua Noë fabricavit arcam, videlicet ligna Gopher: quæ cedri species putatur, cariem non sentiens. Sic in historia sacra describitur materia ex qua Moses tabernaculum, iterum materia ex qua Salomon templum ædificavit. Atque hæc ad usum declarationis perti-

ment: jam demonstrationis seu argumentationis exempla sunt ista: Genes. 18. ex argumento á materia materiam humiliandi sui sumit Abraham, ubi Deum sic affatur, En obsecro induxi animum ut loquerer cum domino meo, qui pulvis sum & cinis. quasi dicat, Consto ex pulvere & cinere, vili scilicet materia: Ergo vilis & abjectus sum, ac proinde indignus qui loquar cum Deo. Hujus generis est & illud Iob. 4. Nunquid homo, Dei comparatione justificabitur? aut factore suo purior erit vir? Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles: & in angelis suis reperit pravitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut á tinea? &c. Argumentum est á materia, illustratum comparatione minoris, corpus enim hominis, similitudine domus luteæ notat: quæ nimirum vilis & contempta est. quasi dicat, Homo constat ex luto: ergo est creatura vilis & abjecta: & per consequens non potest consistere coram majestate divina, sed ab ea necessariò consumetur: idque eó magis quód etiam angeli coram majestate divina consistere nequeunt: quorum tamen natura est nobilior.

*Apparet forma generis nominibus  
 m. p. n. quos per se dicitur  
 actus*

*Exposito primo causarum  
 genere efficientium & materiæ  
 triam componit ut  
 te. Effectum enim  
 cedente erigit*

CAP. 7. DE FORMA.

Causæ primum genus ejusmodi est, in efficiente & materia: secundum sequitur, in forma & fine. "Forma, est causa, " per quam res est id quod est: ideoque hinc á cæteris rebus distinguitur: & forma simul cum re ipsa ingeneratur. Anima rationalis, est forma hominis: quia per eam homo est homo, & distinguitur á cæteris omnibus naturis. Geometricarum figurarum, in triangulis, quadrangulis sua forma est: Physicarum rerum, cæli, terræ, arborum, pilcium sua forma est. unde præcipua rerum ut naturâ est, sic erit explicatio, si possit inveniri: ut in artificiosis rebus facilius occurret. **Cæsar. 7.** Muri autem omnes Gallici hac feré forma sunt: strabes directæ perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis distantes inter se binos pedes, in solo

*Ter forma  
 x. substantia non  
 potest esse quicquam  
 in se natura  
 sine forma, ut dicitur  
 Ariles. 14. Cap  
 1. Topicorum  
 x. præcipua rerum  
 sit Ariles ipse  
 11. Cap. 2. Post. 2. Quis  
 igitur formæ pro  
 strabes directæ habet  
 minimâ rei distanti  
 paribus intervallis  
 de ipsa generetur*

solo collocantur: hæ revinciuntur introrsus & multo aggere vestiuntur. ea autē, quæ diximus, intervalla grandibus in frōte saxis effarciuntur. His collocatis & coagmētatis ali<sup>o</sup> insuper ordo adjicitur, ut idē illud intervallum servetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatiis, singulæ singulis saxis interjectis arctē contineātur: sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta muri altitudo expleatur: hoc cū in speciē varietatēque opus deforme non est, alternis trabibus ac saxis, quæ rectis lineis suos ordines servant: tum ad utilitatem & defensionem urbium summam habet opportunitatem: quod & ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit: quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerunque introrsus revincta neque perrumpi, neque distrahi potest. Sic forma Virgiliani portus explicatur Æneid. i.

*Est in secessu longo locus: insula portum  
Efficit objecta laterum, quibus omnis ab alto  
Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.  
Hinc atque hinc vasta rupes geminiquē minantur  
In cælum scopuli, quorum sub vertice latè  
Æquora tuta silent: tum sylvis scena coruscis  
Desuper, horrentiquē atrum nemus imminet umbra:  
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum.  
Intus aquæ dulces, vivoque sedilia saxo,  
Nympharum domus: hinc fessas non vincula naves  
Vlla tenent: unco non alligat ancora morfu.*

*Forma*] Forma propriē corporis est: & aliās figura, item species

nominatur. Græcè μορφή, σχῆμα, εἶδος : Germanicè *dic gestalt*. Quia autem formæ corporum maximè artificialium, eis suum esse dant : ita ut ejusdem materiæ corpora formis inter se essentialiter distinguantur : factum hinc est ut Dialectici per synecdochē speciei, formam appellarint omne id quod rei cuiusdam suum esse dat, quoque res à cæteris rebus essentialiter distinguitur. Est autem duplex forma : alia substantialis, accidentalis alia : utraque tamen essentialis, id est, essentialiter rem à rebus cognatis, adeoque cæteris rebus omnibus distinguens. Substantialis forma est, per quam unaquæque substantia naturalis est id quod est ; ut anima rationalis est forma hominis : nam per hanc homo est homo. Accidentalibus formis nihil aliud est quam ipsa figura corporis : sive à natura ei insit, ut figura corporis humani, arboris : sive ab arte sit educta, ut figura gladii, domus, navis, &c. Corpus hominis & corpus quadrupedis, ratione materiæ cognata sunt : utrumque enim ex carne, ossibus, nervis, &c. constat : sed forma seu figura multum inter se differunt : & ex figura sua unumquodque agnoscitur. Sic gladius & olla etiam si fortasse materia non differant : ut si utrumque ex ferro sit : forma tamen seu figura differunt plurimum : & à figura habet ferrum, quod vel gladius vel olla vel etiam aliud instrumentum est & nominatur. Cæterum quod ad substantiales rerum naturalium formas attinet : perdifficilis homini, vel potius impossibilis earum est cognitio : si unicam ipsius hominis formam exceperis. Communi quidem ratione & definitione intelligimus, esse rerum formas : at quid singularis & unaquæque forma sit, ut leonis, equi, arboris, ab hominibus ignoratur. Omnino enim fatendum nobis est : substantias non sua specie cognosci à nobis : sed per earum accidentia. id quod totidem verbis fatetur philosophus acutissimus Iulius Cæsar Scaliger de Subtilit. ad Cardan. exercit. 307. sectione 21. Et pulchrè admodum, Sicut vulpes, ait, elusa à ciconia, lambimus vitreum vas : pulsem haud attingimus. *Per quam res est* Vulgo idem dicitur his verbis, *Quæ dat esse rei.*

## CAP. 8. DE FINE.

*Finis definitur ab Aristotele*  
 11. 2. Post. Toti  
 nos evadit causa  
 gratia dicitur  
 et aliorum app  
 lat causa  
 nihil quod  
 autem homo  
 fieri rebus sit pro  
 postquam habet  
 Finis est causa, cujus gratiâ res est. *Physicis*  
 rebus finis homo propositus est: homini Deus.  
 Omnium artium est aliquod summum bonum  
 & finis extremus : ut Grammaticæ, bene lo-  
 qui: Rhetoricæ, bene dicere : Logicæ, bene dis-  
 serere. Iuno 1. Æneid. connubii finem assumit,  
 Et Somnii Deum. *hyle Plato* cum

cum Æolo Deiopejam pollicetur, solatii scilicet  
prolisque gratia :

*Sunt mihi bis septem prestanti corpore Nympha,  
Quarum (quæ forma pulcherrima) Deiopejam  
Connubio jungam stabili, propriamque dicabo,  
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos  
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.*

Idem Paulus affir-  
mat duo comoda  
pro sua comu-  
piti, ut de his + con-  
solatione in re  
ly afficitur et

In defensione Ligarii Cicero Tiberonem  
accusatorem urget, cum armorum contra Cæ-  
sarem susceptorum finem premit. Et certé (ait)  
contra ipsum Cæsarem est congressus armatus.  
Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie  
Pharsalica gladius agebat?cujus latus ille mucro  
petebat?quis sensus erat armorum tuorum?que  
tua mens? oculi?manus?ardor animi? quid cu-  
piebas?quid optabas?

*Finis* ] Finis nominatur hoc causa genus per synecdochen  
generis : intelligitur enim propriè finis actionis, id est, ea res  
in qua actio finitur ac desinit : seu quam adeptum agens, agere  
desinit, id est, agendi finem facit. Nonnulli vocant scopum,  
metaphorâ sumpta à jaculâtibus. Quemadmodû enim illi sco-  
pum intuentur, & ad illum sagittas dirigunt : ita qui consilio  
& ratione agunt, certum quasi scopum propositum sibi habent  
quò in agendo respiciunt, & ad quem actiones suas referunt.  
Porrò divisio finis esto hæc : Finis vel summus vel subordina-  
tus est. Summus finis est, quem efficiens propter ipsummer de-  
siderat : ut finis hominis voluptarij est, frui voluptatibus : finis  
avari est, possidere magnas divitias : finis hominis pii est, glo-  
rificare Deum. Finis summus est aut vniversalis aut specialis.  
Vniversalis est ad quem omnes omnino totius vniversi res  
tendunt : is est gloria Dei, juxta dictum Salomonis Proverb. 4.  
Omnia condidit Dominus propter suam gloriam : etiam im-  
pium ad diem malum. Ad hunc finem hortatur & Paulus 1.  
Cor. 10. Omnia ad gloriam Dei facite. Specialis finis summus  
est, ad quem vnaquæque res in suo genere tendit : ut ædifican-  
tis finis est domus, belli finis victoria. Hæc in suo genere sum-  
ma sunt (ait Rodolphus) neque enim ædificat amplius ille, ne-

que hic bellum gerit: ubi domum fuerint atque victoriam consequuti. Sic sacrae eucharistiae finis specialis summus est annuntiatio mortis Christi, seu publica & solemnitas glorificatio Christi redemptoris. Iam subordinatus finis est, quam efficiens non propter ipsummet, sed propter summum finem expetit. Sic dicimus literas ut consequamur doctrinam: sed doctrinam expetimus propter aliud: alii quidem propter nominis sui gloriam ac laudem, alii propter divitias, alii ut sua doctrina gloriam Dei illustrent & ecclesiae Christi profint. Axioma finis, id est, regula a fine argumentandi, traditur ab Aristotele lib. 3. Topic. cap. 1. his verbis: *τὸ τέλος τῶν πρὸς τὸ τέλος αἰετῶτατον φακεῖ εἶναι.* id est, Finis videtur magis expetendus esse quam ea quae ad finem tendunt ac destinata sunt. Sic Marc. 2. 27. ait Christus: Sabbathum propter hominem factum est, non homo propter sabbathum: ut ostendat, hominem esse meliorem sabbatho: ac proinde discipulos recte fecisse, quod majorem habuerint ratione vitae suae, quam sabbathi. Syllogismus: Finis est melior destinatis: Homo est finis sabbathi: nam propter hominem sabbathum factum, & homini destinatum est. Ergo homo melior est sabbatho: & per consequens major habenda est hominis ratio quam sabbathi. Aliud axioma: Qui vult finem, vult etiam destinata. Iam assumo: Atqui Christus vult nos celebrare sacramentum in memoriam mortis suae. Concludo: Ergo vult nos in sacra cena celebranda frangere panem. fractionem enim panis ipsemet destinavit ad mortem suam representandam.

3 Topi.  
Cap. 1.

Exposita prima primigenie  
vis consentaneorum  
argumentationum  
id est licet causae  
transit in propria  
transitione autem  
auctore sibi  
nisi a se latere  
priori effectu  
quoniam sic  
nominis esse  
motu effici  
tu. solum modo  
causae in ipsa  
fieri effectum  
sibi intelligi  
suum quibus  
aliarum causarum  
vnu opo cum  
pelleat ad apertum  
causae existit  
dicit sine modo  
piscem pmerit

CAP. 9. DE EFFECTIS.

Effectum est quod e causis existit. sive igitur gignatur: sive corrumpatur: sive modo quolibet moveatur quilibet: hic motus & res motu facta effectum dicitur. Hujus loci sunt laudes & vituperationes, quarum pleni sunt libri sacri & profani. Aeneid. 6. facta variorum populorum comparantur ad nominis Romani laudem:

XII  
Quia  
origo  
transitus  
in se  
parricidii  
hinc  
piscis

*Excudent alii spirantia mollius aera:  
Credo equidem ducent vivos de marmore vultus,  
Orabunt causas melius, caelique meatus  
Describent radio, & surgentia sidera dicent.*

*Turegere imperio populos Romane memento:*  
XII. Nisi longius tamen effectum e  
sive aliquod gignat sive corrumpatur, sibi modo  
motu meo ad Logiam quam

*Haec tibi erant artes, paci que imponere morem:*

*Parcerē subjectis, & debellare superbos.*

Huc dicta scriptaque referenda sunt. Pericles & Hortentius bene dicendi laude celebrantur: eodemque argumento Demosthenes & Cicero etiam bene scribendi. Ad hunc locum referuntur consilia & deliberationes, etiam si omnino ad exitum perducta non fuerint. Parmenio & Philotas morte mulctati sunt, quia conjurationis in Alexandrum essent suspecti: ut Curtius & Arrianus meminerunt. De Lentulo & Cethego aliisque Catilinae popularibus, Romani Senatus iudicio supplicium sumptum est. Sunt etiam effecta virtutum & vitiorum. Horatius hoc modo ebrietatis effecta describit:

*Effecta virtutum & vitiorum. n. i. c. i. m. i. n. i. m. u. m.*

*Quid non ebrietas designat? operta recludit,  
Spes jubet esse ratas, in praelia trudit inermem,  
Solicitis animis onus eximit, ac docet artes.*

*Ebrietas? causa cuius effectum recludere. operta recludere.*

*Fœcundi calices quem non fecere disertum?*

*Contracta quem non in paupertate solutum?*

*Effectum*] Effectum hic per synecdochen speciei intelligitur quodlibet causatum: sic enim propriè appellatur ab Aristotele *αὐτοῦ*. Porro ut causa, sic & causatum quadruplex est: Effectum scilicet propriè dictum, Materialium, Formatum & Destinatum. Præcipuus tamen usus est effecti propriè dicti. Exempla è sacris literis. Rom. 1. ait Paulus, invisibilia Dei, videlicet æternam ejus tum potentiam tum divinitatem cognosci atque intelligi posse ex rebus ab ipso creatis. Matth. 7. ait Christus: Cavete vobis à pseudoprophetis: qui veniunt ad vos cum vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus eorum agnosceatis eos. Num colligunt ex spinis uvam, aut ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona fert fructus bonos: putris autem arbor fert fructus malos, &c. Galat. præcenset Paulus præcipua aliquot effecta carnis, itemque fructus spiritus.

E causis] Malim, Vi-causarum. nam proprie loquendo ex efficiente & sine non existit effectum, sed ex materia & forma. Laudes & vitup.] Quippe quæ factorum sunt: illæ quidem honestorum, hæ verò turpium. Dicta scriptaque] Sunt enim effecta loquentium & scribentium.

Subiecta dicitur, quæ non sunt de essentia illius rei, sed quæ sepe occurrunt

Ita ferimus ad finem esse de argumentis, si absolute consentaneis, nisi sunt de causis & effectis absolute, et inane succedit, ut subjectum & adjunctum. Similiter arguuntur, est quæ causa & effectus modo quodam ut subiectum & adjunctum videtur, arguunt absolute consentaneis, abso se esse non possunt quocumque uero consentanea dicuntur quod quocumque modo esse possunt ut subiectum & adjunctum, sed ad id est in rebus: ut subiectum & adjunctum ut subiectum & adjunctum

CA. P. IO. DE SUBJECTO

Argumentum modo quodam consentaneum succedit, ut subjectum & adjunctum. Subjectum est cui aliquid adjungitur. Anima, est subjectum scientiæ, ignorantia, virtutis, vitii: quia hæc præter essentiam accedunt: corpus, sanitatis, morbi: roboris, infirmitatis: pulchritudinis, deformitatis. Homo, subjectum est divitiarum, paupertatis: honoris, infamiæ: vestitus, comitatus. Locus, est subjectum rei locatæ. Sic Philosophi divinis entibus, licet paritate & magnitudine carentibus, attribuunt locum. Sic Geometriæ locum locique differentiam in rebus Geometricis: Sic Physici multo etiam diligentius in rebus Physicis considerant: in mundo, in elementis simplicibus, in rebus compositis. Sic Virgilius in Georgicis suum quemque propositis rebus locum deligendum admonet: ut fegetibus, arboribus, vitibus, palisquis:

At prius ignotum ferro quam scindimus equor,  
ventos & varium cæli prædiscere morem  
Cura sit, ac patrios cultusque habitusque locorum:  
Et quid queque ferat regio, & quid quæq; recuset.  
Hic segetes, illic veniunt felicius uva:  
Arbori foetus alibi, atque in iussa vixescunt, &  
Sen-



Sensilia sensuum, & res virtutibus ac vitiis proposita, subjecta vitiorum & virtutum hoc modo nominantur. Color est subjectum visus, sonus subjectum auditus: quia hi sensus, in his sensilibus occupantur & exercentur. Virtutes & vitia declarantur in Ethicis hoc argumento: temperantia & intemperantia voluptate, magnanimitas & ignavia periculo, liberalitas & avaritia divitiis. "Sic res numerabilis, Arithmetica: mensurabilis (ut ita dicam) Geometriae subicitur. "Ejusmodi subjecto Cicero 2. Agra. disputat, inter Campanos nullam contentionem esse, quia nullus sit honor. "Non gloriae cupiditate (ait) efferebantur, propterea quod ubi honos publice non est, ibi cupiditas gloriae esse non potest: non contentione nec ambitione discordes: nihil enim supererat, de quo certarent: nihil quod contra peterent: nihil ubi dissiderent. Eodem argumento a Propertio dictum est: *lib 2*

*Navita de ventis, de tauris narrat arator:*

*Enumerat miles vulnera, pastor oves.*

*Anima, est subjectum*] Notandum, exempla subjectorum quae hic multa commemorantur, non omnia esse unius ejusdemque generis. nam certe alio modo anima subjectum est scientiae, & alio modo homo subjectum est divitiarum, & rursum alio modo color subjectum est visus. Itaque ut ista distinguantur, notanda est subjecti divisio. Subjectum igitur aut recipit rem adjunctam, aut eam occupat & afficit. quae docendi gratia appellantur subjectum recipiens aut occupans. Subjectum recipiens, rursum duplex est: recipit enim rem adjunctam vel in se, vel ad se. Subjectum occupans est, in quo res adjuncta (videlicet homo aut aliud animal) occupatur atque exercetur sentiendo, appetendo, cognoscendo, loquendo, scribendo: atque hoc

*Hic est, ut in  
quod. loqu. de  
lib. 2. p. 1.  
um sacrificiu*

propriè in scholis vocatur Objectum. Nunc ad hanc divisionem accomodemus exempla quæ ab autore sunt proposita. *Anima*] Exemplum primi generis, id est, subjecti recipientis in se. Hujusmodi subjectum Aristoteles appellare solet *δεξιόν*, & investigare τὸ πρῶτον δεξιόν, subjectum primū, id est, proximum & proprium: atque sic scientiæ & ignorantiæ πρῶτον δεξιόν est mens: virtutis & vitij, appetitus: commune autem illorum omnium subjectum, est anima. *Homo*] Exemplum secundi generis, id est subjecti recipientis ad se. *Locus*] Rursus exemplum primi generis: Locus enim rem locatam in se seu intra se & in suum quasi sinum recipit. Sic cælum subjectum est corporis Christi: quia illud *δέχεται*, id est, intra se recipit seu capit: juxta dictum Petri Act. 3. *ὃν δὲ τὸν ἑρῶν δέξασθαι*: Quem oportet cælo capi, id est, Oportet seu necesse est ut cælum capiat Christum, tanquam locus rem locatam.

*Sensilia*] Sequuntur exempla tertii generis, nimirum subjecti occupantis seu objecti. Itaque quod in textu dicitur, *Subjecta hoc modo nominantur*: illud *Hoc modo*, tanquam falsum expungendum est. quia objecta non eodem modo comparata sunt ad sua adjuncta, quo subjecta recipientia de quibus dictum est superioris. *Sic res numerabilis*] Sic res disputabilis, id est, quæstio, Dialectica subjicitur. *Ejusmodi subjecto*] Scilicet occupante, seu objecto: honos enim, ambitionis objectum est: quippe in honore ambitio occupatur atque exercetur. *Non gloria*] Exemplum hoc demonstrationis est: superiora omnia fuerunt declarationis: quemadmodum & quod sequitur, postremum. Procedit autem hæc argumentatio à negatione subjecti, id est objecti, ad negationem adjuncti. Nos argumentationis exempla plura afferamus. Consimilis superiori est illa Anacharsidis scita argumentatio: qui arguebat in Scythia non esse tibicines, quia nullæ ibi vites essent. *Dann die pfeiffer lassen sich gern beim vvein finden.* unde proverbium, Cantores amant humores. Atque istud jocosum: quod sequitur, serium est. De transubstantiatione panis in corpus Christi, itemque de consubstantiatione corporis Christi cum pane, nulla extat Dei promissio: Ergo nulla potest esse horum dogmatum fides. Falluntur ergo & fallunt, qui dicunt, se ista simpliciter credere. Procedit argumentatio à negatione promissionis ad negationem fidei, id est, à negatione objecti ad negationem adjuncti. Hæc igitur exempla negativa sunt: Affirmativa ab objecto ad adjunctum ratiocinatio est illa Vlyssis, qui Achillem habitu muliebri inter puellarum choros occultum, admodum acuté hoc argumento deprehendit: quum ipse mercatoris habitu accessisset ad eas, cum variis femineis mercibus: inter quas erant arma quædam virilia, ad quæ Achilles sese protinus convertit. Locus est *Metamorph. 13.*

*Præscia venturi genitrix Nereia lethi,  
 Dissimulat cultu natum: & deceperat omnes  
 (In quibus Ajacem) sumptæ fallacia vestis.  
 Arma ego femineis, animum motura virilem,  
 Mercibus inserui: neque adhuc projecerat heros  
 Virgineos habitus, cum parmam hastamque tenenti,  
 Nate dea, dixi, tibi se peritura reseruant  
 Pergama: quid dubitas ingentem evertere Troiam?  
 Injecique manum, fortemque ad fortia misi.*

Sic igitur Vlysses ratiocinatus est: Ille appetit arma virilia: ergo vir est. nam ut ille apud Virgilium ait *Eclog. 2. Trahit sua quæque voluptas.* Et objecti argumentum ab ipso poeta hic notatur, ubi ait, *Animum motura virilem.* Objecta enim (ut vulgo in scholis dicitur) movent sensus. quod Aristoteles dicit, τὰ ὑποκείμενα ποιεῖ τὴν αἰσθησίν, id est, Subjecta afficiunt sensum, vel potius efficiunt sensationem. E sacris literis afferamus hæc. Malach. 1. ait Deus ad populum: Si vester pater sum: ubi est meus honor? si dominus: ubi timor? Hujus generis sunt illa Christi, Vbi cadaver est, ibi congregantur aquilæ. Item, Vbi thesaurus vester est, ibi est & cor vestrum. Quorum priore innuit, fideles congregatum iri in cælum: quoniam & ipse ibi sit. posteriore autem: fideles cogitationibus ac desideriiis suis versari in cælo: quoniam ibi sit eorum thesaurus, nempe vita æterna. Hujus loci est regulæ illa consequentiæ quæ in scholis traditur his verbis, Ab Est secundi adjecti ad Est tertii adjecti valet consequentia negando. Quod enim omnino non est, de eo nihil affirmari potest. Vocant autem Est secundi adjecti, quando verbum Est, in propositione prædicati locum obtinet: ut Deus est, Angeli sunt, Purgatorium non est, Centauri non sunt. Est tertii adjecti vocant, quando verbum Est, in propositione cõpula est qua prædicatum cum subjecto connectitur: ut Deus est justus: purgatorium non est calidum. Sic autem vocant, quod illic verbum Est, secundum membrum propositionis est, & subjecto adjicitur: hîc autem tertium. Regulæ alata exemplum est enthymema illud apud Cic. Tuscul. quæst. lib. 1. Mortui non sunt: ergo mortui non sunt miseri. Consequentia bona est: sed antecedens falsum. Etsi enim mortui nõ sint, ratione compositi, id scilicet quod fuerunt, ex anima & corpore constans: non tamen ideo prorsus non sunt. nam sunt adhuc ratione partium separatarû. quippe anima quidem quum immortalis sit, incorruptibilis permanet: corpus verò licet in cineres resolvatur, non tamen in nihilum redigitur: & suo tempore instaurabitur, nempe in resurrectione mortuorum. Quatenus igitur mortui sunt, eatenus etiam vel miseri vel beati sunt. Qui enim in fide Christi mortui sunt, beati sunt: tum ratione animæ, quæ in cælesti paradiso apud Christum agit:

tum verò etiã ratione corporis, quod in terra gloriosam ac beatam resurrectionem expectat. Contrã qui mortui sunt in incredulitate, miseri sunt: tum ratione animæ, quæ in inferno apud diivitem epulonem cruciatur: tum ratione corporis, quod resurget ad ignominiam & damnationem æternam. Ejusdem generis enthymema est hoc: Purgatorium non est; ergo purgatorium neque calidum neque frigidum est.

Græci dicuntur ὑποβιβλίου CAP. II. DE ADJUNCTO.

Adjunctum est, cui aliquid subicitur: quod argumentum etsi subiecto est "levius, attamen

est copiosius & frequentius. Itaque quod de-  
julsmodi" signis ait Ovid. 2. de Remedio:

*Forſitan hac aliquis (nam ſunt quoque) parva vocabit.*

*Sed que non profunt ſingula, multa juvant.*

Animi corporisque & totius hominis bona & mala, quæ dicuntur, adjuncta sunt animi,

corporis, hominis: Denique quicquid ulli sub-

jecto extrinsecus accidit, adjunctum ejus est.

ut autem locus est in subiectis, sic tempus est

in adjunctis, duratio nempe rerum, præterita,

præsens, futura: omninoque qualitates subje-

ctis præter causas adjunctæ: sive propriæ sint,

quæ" omni solique subiecto semper conveniunt,

ut homini risus, equo hinnitus, cani latratus:

sive communes, quæcunque non sunt eo mo-

do propriæ. Hoc genere argumenti Fannium

Chæream Cicero pro Roscio Comædo cavil-

cturam

Eturam affert homini tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite & superciliis semper est rasis, ne pilum ullum viri boni habere dicatur.

Sic Martialis 2. lib. Zoilum ludit:

\*Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus: Hiis omnia sunt ad iuncta illis

*Rem magnam praestas, Zoile, si bonus es.*

\*Sic vestitus & comitatus res adjunctæ sunt:

quo circumstantiæ genere Dido venatum proficiscens, magnificè 4. Æneid. depingitur:

Exemplum ubi substantia sunt adiecti  
Et non nisi in  
vultu, 2. Dido.

*Oceanum interea surgens aurora relinquit.*

*It portis jubare exorto deleta juvenus:*

*Retia rara, plage, lato venabula ferro:*

*Massylique ruunt equites, & odora canum vis:*

Nemo no. lly de  
verbere magni  
ficiam possit au-  
vius pompam  
atq; in his viri-  
culis 4. Aeneidos

*Reginam thalamo cunctantem, ad limina primi*

*Pœnorum expectant: ostroque insignis & auro*

*Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.*

*Tandem progreditur magna stipante caterva*

*Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo,*

*Qui pharetra ex humero, crines nodantur in  
aurum:*

*Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*

\*Est verò adjunctorum ad subjecta, quibus occupantur, usus item magnus. Hoc argumen-

to\* Plato miseras civitates auguratur, quæ medicorum & judicum multitudine indigeant:

quia multam quoque & intemperantiam & injustitiam in ea civitate versari necesse sit.

Tertia classis  
adjunctorum  
non modum quæ  
Subiectorum  
occupantur & occupantur

Sed consentaneorum categoria sic est, unde quidvis alteri consentaneum, vel idem vel unū

dici possit: omnesque modi unitatis, & ut ita dicam, identitatis, huc sunt tanquam ad primos & simplices fontes referendi.

*Lévius* ] Imó par adjuncti & subiecti in argumentando vis est: interdum quidem necessaria, interdum veró probabilis: ut pauló póst in exemplis intelligetur. *Signis* ] Signorum locum alii peculiararem faciunt. Sed signa partim ad hunc locum, partim ad locum effectorum pertinent, partim etiam ad locum testimoniorum. Hujus etiam loci sunt quæ ab aliis vocantur *Conjuncta*, item *Adjacentia*, item communiter *accidentia*. Est autem híc notanda adjunctorum divisio. Adjunctum igitur aut receptum est aut occupatum. Receptum, quod subiecto vel inhæret vel adhæret. Occupatum, quod in subiecto seu objecto occupatur. *Omni folique* ] Proprium est quod foli convenit, etiam si nec omni, nec semper. quare duo hæc in definitione proprii redundant: neque *κατὰ πᾶσι* sunt, *Nonne ipsum caput* ] Argumentatio procedit ab affirmatione adjuncti ad affirmationem subiecti: Chærea est capite & superciliis rasis: ergo nequam est. *Crine ruber* ] Similis priori argumentatio: Zoilus est crine ruber, niger ore, &c. ergo nequam est. *Sic vestitus* ] Hactenus adjuncta inhærentia: sequuntur adhærentia. *Est veró adjunctorum* ] Sequuntur exempla tertii generis, nempe adjunctorum occupatorum. *Plato miserus* ] Procedit ratiocinatio ab affirmatione adjuncti occupati ad affirmationem subiecti occupantis, seu objecti. Addamur exempla é sacris literis. Lucæ ultimo, quum Christus post resurrectionem appareret discipulis: & illi putarent, se non corpus Christi videre, sed spectrum: ibi Christus argumentatur á propriis corporis adjunctis, ut falsam discipulorum opinionem refuteret. *Quid turbati estis* (inquit) & quare disceptationes subeunt corda vestra? Videte manus meas & pedes meos: nam ego ipse sum. Contrectate me, & videte: nam spiritus carnē & ossa non habet, prout me conspicitis habere. quasi dicat: Id quod videtis, est veré visibile & palpabile: ergo est verum corpus: & per consequens, non est spiritus seu spectrum. Sic argumentabatur Elias adversus sacerdotés Baaliticos. 1. Reg. 18. Baal non potest exaudire vos: Baal igitur non est deus. Contrá, Deus quem ego colo, exaudit me: ergo est verus Deus. Sic Iesaias 42. vers. 21. 22. 23. & Ieremias 2, 28. item 10, 5. argumentantur adversus idola: Idola non possunt opem ferre: ergo idola non sunt dij. Ita si dubites, an sacrificium Abelis fundatum fuerit in promissione Dei: probabitur id ex promissionis adjuncto, nempe fide. Abel sacrificium Deo obtulit per fidem: Heb. 11, 4. Ergo Abelis sacrificium fundatum fuit in promissione Dei. Promissio enim, fidei

fidei objectum est: Fides, promissionis adjunctum occupatum. Hujus loci est illa regula consequentiæ scholastica: Ab Est tertii ad Est secundi adjecti valet consequentia affirmando, ut Tusc. 1. Si mortui sunt miseri: ergo mortui sunt.

CAP. 12. DE DIVERSIS. *Per se et aut ser trahit*

Argumentum primum consentaneum expositum est. Dissentaneum sequitur, quod are dissentit: sunt autem dissentanea inter se æque manifesta, alterūque ab altero æqualiter arguitur: tamen si sua dissensione clariū elucescant.

Dissentanea sunt diversa vel opposita. Diversa sunt dissentanea, quæ sola ratione dissentiant.

Quo de genere sunt illa frequentissima: Non hoc, Sed illud: Quanquam, Tamen. pro Pompejo, Non victoriam, sed insignia victoriæ reportarunt. Ovid. 2. de Arte:

*Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. 2. Æneid. Hic Priamus, quanquam in media jam morte tenetur:*

*Non tamen abstinuit.*

*Pauló secus in Eunucho:*

*Nam si ego digna hac contumelia*

*Sum maximé: at tu indignus qui faceres tamen.*

Item illa aliusmodi. Pro Lig. Scelus tu illud vocas Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit. Alii enim errorem appellant, alii timorem: qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui gravissimé, temeritatem: scelus præter te adhuc nemo.

*Sola ratione*] Non etiam re, ut opposita. Vfus diversorum præcipuè videtur positus in declarando, ut scilicet inter se distinguantur quæ ab imperitis propter cognationem confundun-

tur: ut, Non victoriam, sed insignia victoriæ reportarunt: Non scelus fuit, sed error: Non liberalis, sed prodigus est.

## CAP. 13. DE DISPARATIS.

*Dum iam diuisa esse  
suisque qui sola ratione tenentur  
et frustrantur ad  
posita q. ratione  
in fine diste  
tunt transit au  
thor impfe de  
sic Socrates  
Exemplum oppo  
sitionum distri  
ntorum qui non  
possunt in uno con  
sistere at albedo  
et nigrum de iis ho  
rati, ex una parte  
pater et filius  
cuius dicitur esse  
non potest si  
aliquis*

*Forma propria*

Opposita sunt dissentanea, quæ ratione & re  
dissentiant: itaque eidem attribui, secundum  
idem, & ad idem, & eodem tempore non pos  
sunt. Sic Socrates albus & ater non potest ea  
dem parte esse: pater & filius ejusdem: sanus  
& æger eodem tempore: At albus esse potest a  
lia parte, & ater alia: pater hujus, filius illius: sa  
nus hodie, cras æger. Itaque ex altero affirma  
to alterum negatur. Opposita sunt disparata,  
aut contraria: disparata sunt opposita, quorum  
unum multis pariter opponitur: vt viride, cine  
raceum, rubrum, media sunt inter album & ni  
grum: quæ singula extremis, & inter se dispa  
rata sunt. Sic liberalitas & avaritia inter se dispa  
rantur. Sic homo, arbor, lapis, & ejusmodi res  
infinitæ disparantur: nec eadem res potest esse  
homo, arbor, lapis. Virgil. 1. Æneid. hoc argu  
mento disputat:

*Quælibet  
causa tam  
plur  
vultus*

Quam te memorem virgo? namque haud tibi

Mortalis: nec vox hominem sonat: O dea certè.

*Negatur*] In pristinis editionibus additum erat, Aut contrá, id est, Ex altero negato alterum affirmatur. Sed hoc meritó expunctum est: quia non de omnibus verum est: ut non sequitur: Hoc non est rubrum, ergo viride: Non est dominus, ergo servus: Non est album, ergo nigrum: Lapis non videt, ergo cæcus est. Verum autem est de contradicentibus, & de adversis immediatis, & de privantibus quatenus eorum alterum negatur de naturali subjecto. *Disparantur*] Imó pugnant & adversantur: disparantur autem liberalitas & prodigalitas, item parsi-



Anno 43 ad istoncyti  
libras  
41  
p159

IN RAMI DIAL.

parsimonia & avaritia: sic fortitudo & audacia, timiditas & prudentia. O dea certe ] At non sequitur: Hæc virgo non est homo: ergo est dea. poterat enim neutrum esse, sed diabolus.

CAP. 14. DE RELATIS.

Contraria sunt opposita, quorum unum uni tantum opponitur: suntque affirmantia, aut negantia. Affirmantia, quorum utrumque affirmat, ut relata & adversa. Relata, sunt contraria affirmantia, "quorum alterum" constat è mutua "alterius" affectione; atque inde "nominata sunt relata: ut pater qui "filium habet, & filius qui "patrem habet: & ob hanc mutuam relationis causam, relata dicuntur simul esse natura, ut qui alterum perfecte norit, norit & reliquum. Pro Marc. Ex quo profectò intelligis, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria. Martialis in Sosibianum lib. 1.

*Tum servum scis te genitum, blandeq, fateris,  
Cum dicis dominum, Sosibiane, patrem.*

Sic apud Quintilianum lib. 5. cap, 10. Si portorium Rhodiis locare honestum est: & Hermacreonti, conducere. Quomodo & in Oratore perfecto Tullius. Num igitur est periculum (ait) ne quis putet in magna arte & gloriosa turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestum discere? Studium verò quoddam suum Cicero è relatis illis in Oratore prodidit. Iam illa (inquit) matura: uxor generi: noverca filii, filia pellex. Quod idem in ferrea ætatis descri-

ptione Ovidius apertius affectavit 1. Metam.

--- *Non hospes ab hospite tutus,*

*Non socer á genero, fratrum quoq; gratia rara  
est.*

*Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:*

*Lurida terribiles miscent aconita noverca:*

*Filius ante diem patrios inquit in annos.*

Atqui argumentum talis relationis contrarium nihil habet, imó arguit mutuas causas: ut sum tuus pater: tu es igitur meus filius: at cüm dico, sum tuus pater, non igitur sum tuus filius, tum contraria veré sunt.

*Contraria*] Sic appellantur á Cicerone, quæ vulgo dicuntur opposita, Aristoteli ἀντιθέμενα. *Vni*] At in Ethicis virtus opponitur non uni tantum vitio, sed duobus: ut liberalitas non solum avaritiæ, sed etiam effusioni: fortitudo non solum ignaviæ, sed etiam audaciæ, &c. Respondeo: Opponitur quidem virtus duobus vitiis, sed non utrique ut contrarium: verum alteri ut disparatum: ut liberalitas effusioni, fortitudo audaciæ &c. Sed rursus objici potest: vitium contrarium esse non solum virtuti, sed etiam vitio: ut avaritiam non solum liberalitati, sed etiam effusioni: ignaviam non solum fortitudini, sed etiam audaciæ, &c. Responderi potest: Adversa sunt (ait ex Aristotele Cicero) quæ in eodem genere plurimum differunt. At qui avaritia & liberalitas non differunt plurimum: quia magis ab avaritia distat prodigalitas: Itemque ignavia & fortitudo: quibus magis inter se differunt ignavia & audacia. Ergo avaritia & liberalitas, ignavia & fortitudo non sunt adversa: sed tantum avaritia & prodigalitas, ignavia & audacia. Ego tamen non video, ad quod genus oppositorum referri illa possint, præterquam ad adversa. Quo fit, ut neque definitionem illam Aristotelis, neque illud axioma, κατὰ φύσιν vera existimem.

*Quorum alterum*] nempe utrumvis, id est, & hoc ex affectione illius, & vicissim illud ex affectione hujus: ut præceptor ex affectione discipuli, & vicissim discipulus ex affectione præceptoris. *Constat*] id est, pendet. *Alterius*] id est, ad alterum. *Affectione*] id est, habitudine, ἡέσει, respectu. *Filium*] filiámve: synecdoche speciei. *Patrem*] matrémve, aut utrumque simul. Rursus synecdoche speciei. *Nominata sunt relata*] Scilicet á refe-

referēdo, quōd alterum ad alterum referatur, id est, cum altero conferatur. *Tum servum*] Pater tuus est tuus dominus: ergo tu es patris tui servus. Antecedens confirmatum est testimonio, videlicet confessione Sofibiani. Ratio consequentiæ est illud axioma Aristotelis πάντα τὰ πρὸς πρὸς τὰ ἀπὸ ἰστέφοντα λέγεσθαι, id est, Omnia relata dicuntur respectu correlatorum. Sed in hoc exemplo sophisma ὁμωνυμίας est in vocabulo domini: quod interdum potestatis, interdum honoris est.

## CAP. I 5. DE ADVERSIS.

“Adversa sunt contraria affirmantia, quæ inter se velut é regione perpetuó adversantur, *Æneid. I I.*

*Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.*

Sic albor & nigror, calidum & frigidum, virtus & vitium opponuntur. *Parad. I.* contra Epicureos: illud tamen arcté tenent, accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum: quæ quidem mihi vox pecudum videtur, non hominum. Tu cū tibi sive Deus, sive mater (ut ita dicam) rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neque divinius: sic te ipse abjicies ac prosternes, ut nihil inter te atque inter quadrupedem interesse putes? Pecudem & hominem adversa Cicero opposuit: voluptas, pecudis bonum est, “nō igitur hominis. Sic libertas & servitus, apud *Tibulum 2. lib.*

*Sic mihi servitium video dominamque paratam,  
Tu mihi libertas illa paterna vale.*

Pro Marc. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.

*Adversa*] Sic Cicero appellat quæ vulgo nominantur contraria, ab Aristotele ἐναντία. Notanda hîc est adversorum divisio: alia enim sunt mediata, alia immediata. Mediata, quæ aliquid in medio habent: ut album & nigrum multos colores intermedios habent: calidum & frigidum in medio habent tepidum. Immediata adversa sunt quæ nihil in medio habent: ut virtus & vitium: sanitas & ægotatio: fides & incredulitas. Hanc divisionem tradit Aristoteles in Categoriis capite περὶ τῶν ἐναντιομένων. *Non igitur*] Consequentia hujus enthymematis nititur hoc axiomate, quod adversorum non potest idem esse proprium adjunctum. Iam verò pecus & homo adversa sunt. Quare non potest idem esse eorum proprium adjunctum. Est autem pecudis proprium bonum voluptas. Ergo voluptas non potest esse bonum hominis. Quanquam simplicius est dicere, consequentiam enthymematis propositi niti figura syllogistica: quæ extabit, si suppleatur propositio major, ad hunc modum: Quod proprium est alicujus rei, id nullius alterius rei est. Atqui voluptas, est proprium bonum pecudis: Ergo voluptas non est bonum hominis.

#### CAP. 16. DE CONTRADICENTIBVS.

Contraria negantia sunt, quorum alterum ait: alterum negat idem: eaque sunt contradicentia, aut privantia. Contradicentia sunt contraria negantia, quorum alterum negat ubique: ut justus non justus, animal non animal, est non est, sunt contradicentia. Sic in defensione Muræna contradicuntur sententiis Catonis & Ciceronis, illius Stoici, hujus Academici. Dialogus est his verbis, Nihil ignoveris: imò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causa feceris. imò ne resistito gratiæ, cum officium & fides postulabit. Misericordia commotus ne sis? etiam in dissolvenda severitate, sed tamen est aliqua laus humanitatis. In sententia permaneto: enim verò nisi sententia alia vicerit melior. Martialis lib. 1.

*Bella es, novimus: & puella, verum est:*

*Et di-*

*Et dives, quis enim potest negare?  
Sed dum te nimium, Fabulla, laudas:  
Nec dives, neque bella, nec puella es.*

Cicero 1. Tusc. cogit hoc argumento Atticum Epicureum fateri mortuos miseros non esse, si omnino nulli sint, ut Epicurei credebant. Iam malle (ait) Cerberum metueres, quàm ista tam inconsideratè diceres. Atticus. Quid tandem? Marcus. Quem esse negas, eundem esse dicis: ubi est acumen tuum? cum enim miserum esse dicis, tum eum qui non sit, esse dicis. Tum post longam disputationem Atticus ait, Age, jam concedo non esse miseros qui mortui sunt: quoniam extorsisti, ut faterer, qui omnino non essent, eos ne miseros quidem esse. Sic Terentianus Phædria Dori Eunuchi dictum elevat, quod affirmasset prius, quæ post inficiaretur:

*Modò ait, modò negat.*

*Vbique*] id est, in subjecto quolibet: non autem in eo tantum in quo affirmatum suapte natura inest: ut sit in privantibus, ut Non justus, negat justitiam non solum de homine in quem justitia per naturam cadit, seu qui justitiæ est capax: verum etiam de qualibet re alia: ut lapide, ligno, ferro, &c. nam de lapide tam verè negatur justitia, quàm de homine injusto. Hinc aureum illud axioma Aristotelis, Quodlibet affirmare aut negare, verum: id est, de quolibet affirmatio aut negatio vera est. *Hoc argumento*] Imò non hoc contradicentium argumento, sed argumento subjecti: ut ostendimus supra cap. 10. Subjecto enim simpliciter negato, adjuncta etiam quælibet negari necesse est. Hoc quidem verum est auditorem ibi à Cicrone reprehendi, quod sibi ipse contradiceret, si non expressè, tamen implicitè, id quod in scholis vocant Implicare contradictionem. Dicuntur autem implicare contradictionem duæ propositiones, ex quarum altera sequitur contradictoria alterius. ut hinc: Mortui sunt miseri, & Mortui non sunt. hinc ex priorè propositione

sequitur contradictoria posterioris, nempe Mortui sunt: itemq; ex posteriore sequitur contradictoria prioris, nempe, Mortui non sunt miseri. Nam si mortui sunt miseri, certé mortui sunt: & vicissim, si mortui non sunt, nec miseri sunt. Sic contradictionem implicant: corpus Christi esse in cœna corporaliter, sed non sensibilibiter. *Elevat]* Contrá Apostolus Paulus certitudinem suæ doctrinæ negatione contradicentium commendat. 2. Cor. 1, 19. Dei filius, Iesus Christus qui inter vos per nos prædicatus est, non fuit Etiam & Non: sed fuit Etiam in ipso.

#### CAP. 17. DE PRIVANTIBUS.

Privantia sunt contraria negantia, quorum alterum negat "in eo tantúm subjecto, in quo affirmatum suapte natura inest. Atque híc affirmatum dicitur habitus, negatum autem privatio. Sic motus & quies. Sic ebrius & sobrius. Martial. lib. 3.

*"Ebrius es: nec enim faceres hac sobrius unquam.*

Sic cæcum esse & videre. Pro Cælio, "Existat igitur ex hac familia aliquis, ac potissimúm cæcus ille. minimum enim dolorem capiet, qui istá non videbit. Sic pauper & dives opponuntur apud Martialem lib. 5.

*"Semper eris pauper, si pauper es, Emiliane:  
Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus.*

Talia sunt mors & vita in Miloniana: "Hujus mortis sedetis ultores, cujus vitam, si putetis per vos restitui posse, nolitis? Item tacere & loqui. 1. Catil. "Quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicias? Pro Marc. Doleo cúm resp. immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere. Sed dissentaneorum categoria sic est, unde quid vis ab altero differre quolibet modo possit.

*In æquantium subiecto*] ut lapis etſi facultatē videndi præditus non eſt, tamen non dicitur cæcus: quia lapis non eſt ſubjectum naturale viſus, ſed animal oculatum: quod ſi viſu careat, propriē cæcum dicitur. Ita nec piſcis propriē dicitur mutus: quia natura non habet ſermonis aut vocis organa. *Ebrius eſ*] Enthymema eſt: Non eſ ſobrius: ergo eſ ebrius: à negatione privationis ad affirmationem habitus. *[acum eſſe]* Sic cæcitas mentis, id eſt ignorantia Dei, in qua homo naſcitur, eſt privatio ſapientiæ illius & cognitionis Dei cum qua homo primū à Deo fuit conditus. *Exiſtat igitur*] Enthymema eſt: Appius eſ cæcus: ergo non videbit Clodiam: ab affirmatione privationis ad negationem habitus, ſeu potiùs actionis quæ illius habitus propria eſt. *Semper eris pauper*] Solis divitiſus dantur opes: non igitur pauperibus. Conſequutio hujus enthymematis non pendet ex natura privantium: ſed ex natura proprij. nam ſi tollas notam proprii, Solis: conſequutio non valebit. ut ſi dicas, Divitiſus dantur opes: hinc non ſequitur: Ergo pauperibus non dantur. *Hujus mortis*] Enthymema eſt, Si poſſetis vitam Clodio reſtituere, nolletis: non debetis igitur mortem ejus ulciſci. Conſequutio ſimiliter non pendet ex natura privantium, ſed ex natura parium. Pares enim animi affectiones ſunt, Velle vitam alicujus reſtituere, & velle mortem ejus ulciſci. *Quid expectas*] Perſpicis voluntatem tacitorum: ergo non eſt ut expectes authoritatem loquentium. Argumentum ſimiliter à pari eſt. paria enim hæc ſunt, Perſpicere voluntatem taciti, & audire loquentem quid velit.

## CAP. 18. DE PARIBUS.

Argumenta ſimplicia ita fuerunt in conſentaneis & diſſentaneis: comparata ſunt, quæ inter ſe comparantur, quæ tamen ipſa comparationis natura æquē nota ſint, attamen alterum altero alicui notius & illuſtrius eſſe poteſt: Sæpeque notis breviùs indicantur, aliquando partibus pleniùs diſtinguuntur: quæ propoſitio, redditioque nominantur: atque omnino comparata etiam ficta arguunt fidemque faciunt. Comparatio eſt in "quantitate vel qualitate: Quantitas qua res comparatæ quantæ dicun-

tur. Estque "parium vel imparium. "Paria sunt, quorum est una quantitas: Argumentum igitur paris est, "cúm par explicatur a pari, ejusque notæ sunt par, æquale, æquare, idem, quod, tam, quám, tanto, quanto, tot, quot, & non magis, nõ minus. Virgil. Æneid. 2.

--*Par levibus ventis.*

Æne. 3 *Et nunc equali tecum pubesceret ævo.*

Æne. 6. *En hujus nate auspiciis, illa inçlyta Roma  
Imperium terris, animos æquabit olympo.*

Propositio deinde redditioque distinguuntur. 4. Cat. Cujus res gestæ atque virtutes iisdẽ, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur. Æneid. 4.

*Tam ficti pravi que tenax quám nuntia veri.*

Catull. *Tantó pessimus omnium poëta,*

*Quantó tu optimus omnium patronus.*

Ovid. 4. Trist.

*Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,*

*Quotque soporiferum granapapaver habet,*

*Sylvaferas quot alit, quot piscibus unda natatur,*

*Quot tenerum pennis aëra pulsat avis:*

*Tot premor adversis: quasi comprehendere coner,*

*Icarie numerum dicere coner aque.*

9. Philip. Neque enim ille magis juris consultus, quám justitiæ fuit: Itaque quæ proficerebantur á legibus & á jure civili, semper ad facilitatem æquitatemque referebat: neque constituere litium actiones malebat, quám controversias tollere. Ovid. 2. de Arte:

*Non*



*Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.*

Pro Mur. Paria cognosco esse ista in L. Muræna, atque ita paria, vt neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te dignitate superarit. 2. Philip.

"Quorum facinus commune, cur non eorum præda communis? Ter. in Adel.

*"Quando ego non curo tuum, ne cura meum.*

Hujus verò loci sunt confectaria illa é contrariis quidem orta, sed parium collatione tractata: ut Martialis illud:

*"Tum seruum scis te genitum, blandeque fateris,  
Cum dicis dominum, Sosibiane, patrem.*

Ovid. 1. Fast.

*In pretio pretium nunc est, dat census honores,  
Census amicitias: pauper ubique jacet.*

Ex adversis sunt frequentiora. Cic. pro Syl-  
la: "Neque verò quid mihi irascere, intelligere possum, si quòd eum defendo, quem tu accusas, cur tibi quoque ipse non succenseo, qui accuses eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meum: & amicum (inquam) ego defendo meum. Sic 5. Tusc." Quod cùm fateantur satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, nonne fatendum est eandem vim in virtute esse ad beatam vitam?" Contraria enim cõtrariorum sunt consequentia. Sic interdum lacesciti par pari reponimus, qualis est Ecl. 3. apud Virgilium contentio pastorum. Damcætæ, primò hoc ænigma proponentis,

*Dic quibus in terris (Seris mihi magnus Apolto)*

*Trespateat calispatium, non amplius, ulnas.*  
 Et Menalcæ alterum ænigma reponentis,  
*Dic quibus in terris inscripti nomina regum*  
*Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.*

Paria verò ficta sunt illa apud Æschinẽ Socraticum, quibus demonstrat Socrates cum Xenophontis uxore & cum Xenophonte ipso Aspasiã locutam. Dic mihi quæso Xenophontis uxor, si vicina tua melius habeat aurũ quàm tu habes, utrum illius an tuum malis? Illius, inquit. Et si vestem, & cæterum ornamentum muliebri pretii majoris habeat, quàm tu habes, tuamne an illius malis? Illius verò respondit. Age verò, si virum illa meliorem habeat, quàm tu habes, an illius malis? Hic mulier erubuit. Aspasia autem cum ipso Xenophonte sermonem instituit: Quæso, inquit, si vicinus tuus meliorem equum habeat quàm tuus est, tuumne equum malis an illius? Illius, inquit. Quòd si meliorem fundum habeat, quàm tu habes, utrum tandem illius malis? Illius, inquit, meliorem scilicet. Quòd si uxorem meliorem habeat, quàm tu habes, utrum illius malis? Atque hinc Xenophon quoque ipse tacuit.

*Quantitate vel*] Vulgò comparatorum vocabulum, per syncdochẽ generis ad quantitatem restringitur: ut comparatio sit quantitatis, sicut similitudo qualitatis. Sed & comparandi verbum non rarò ad qualitatem refertur. Comparatio in quantitate, Græcè σύγκρισις, dicitur: in qualitate παραμοίωσις, assimilatio. παραβολή autem utriusque appellatio communis est: quanquam ferè de assimilatione intelligitur. *Parium vel imparium*] Par idem significat quod æquale, Græcè ἴσος: impar, id est, æquale, ἀνίσος. Hinc numerus par dicitur qui in pares, id est, aqua-

æquales, partes dividi potest: impar qui non potest in pares sed impares seu inæquales. *Paria sunt*] Sic Aristoteles *Metaphys.* lib. 1. cap. 15. ἴσα, ὧν τὸ ποσὶν ἐν, Paria seu æqualia sunt quorum quantitas est una. In *Rheticis* item lib. 2. cap. 23. τὸ μήτε μᾶλλον, μήτε ἥσσον, sc. ὑπάρχειν: Quod neque magis, neque minús, scilicet inest. Id quod de paritate rationum intelligendum est: sicut prius de paritate rerum. Sic Cicero etiam in *Topicis*, Cōparatio parium, ait, nec elationem habet, neque summissiōnem: est enim æqualis. Aristoteles in *Topicis* paria, id est ea quorum par est ratio, vocat τὰ ὁμοίως ὑπάρχοντα, quæ similiter (id est pariter seu pari ratione) insunt. Ex quibus locis inter se collatis intelligitur, duplicem considerari paritatem seu æqualitatem: alteram ipsarum rerum: quæ consideratio ad primum inventionis usum pertinet, videlicet ad ipsarum rerum sigillatim consideratarum declarationem atque illustrationem: alteram verò rationum, quum scilicet vel unū aliquid duobus, vel duo uni, vel duo duobus pariter seu similiter, id est pari ratione inesse dicuntur. Dicitur aut ratio rationi par seu æqualis, id est æquè verisimilis seu probabilis. *Cum par*] Potius argumentum à pari est, quum in antecedente & consequente enthymematis par est ratio veritatis, seu par probabilitas: hoc est, quum antecedens æquè est probabile, atque consequens. *Quorum factus*] Hactenus exempla declarationis: sequuntur demonstrationis seu argumentationis. Quo loco notandæ sunt tres à pari argumentandi regulæ, seu axiomata, seu (ut Aristoteles vocat) loci: qui traduntur lib. 2. *Top.* cap. 4. Primum axioma est hoc, εἴ ἐν πινυσὶν ὁμοίως ὑπάρχει ἢ δοκεῖ ὑπάρχειν· εἰ τῷ ἐτέρῳ μὴ ὑπάρχει, ἔστι τῷ ἐτέρῳ· εἰ δὲ διατέρῳ ὑπάρχει, ἔστι τῷ λοιπῷ. Si quid unum duobus similiter insit aut inesse videatur: si alteri non insit, nec alteri inerit: si verò alteri insit, etiam reliquo inerit. Exemplum affirmationis: Israëlita à Deo puniti sunt propter idololatriam aliaque peccata: Ergo etiam Corinthii à Deo punientur, si paria committant. 1. Cor. 10. Exemplum negationis: Fœdus Dei cum die & nocte, non potest fieri irritum: Ergo nec fœdus ejus cum Davide, irritum fieri potest. Ierem. 33. Sic dicit Dominus: Si irritum potestis facere fœdus meum quod inivi cum die, & fœdus meum cum nocte: etiam irritum fieri poterit fœdus meum cum servo meo Davide, quò minús habeat filium regnantem in folio suo. SECUNDUM axioma: εἴτε δύο τῷ ἑλίῳ ὁμοίως (scilicet ὑπάρχει) εἰ τὸ ἕτερον μὴ ὑπάρχει, ἔστι τὸ λοιπὸν· εἰ δὲ διατέρῳ, ἔστι τὸ λοιπὸν. Sive duo eidem similiter insint, si alterum non insit, nec reliquum inerit: si verò alterum insit, etiam reliquum inerit. Exemplum affirmationis: Ille delectatur mentiendo: ergo etiam furando. Exemplum negationis: Homini proprium non est videre: ergo etiam hominis proprium non est audire. TERTIUM axioma: τὸν αὐτὸν δὲ ἰσῶν

πον ἢ εἰ δύο δυνάμεις ὁμοίως ὑπάρχει. εἰ γὰρ τὸ ἕτερον τῶ ἑτέρῳ μὴ ὑπάρχει, ἔσθ' ἂν τὸ λοιπὸν τῶ λοιπῷ· εἰ δὲ ὑπάρχει τὸ ἕτερον τῶ ἑτέρῳ, ἢ τὸ λοιπὸν τῶ λοιπῷ. Ad eundem modum etiam, si duo duobus similiter insint: Si enim alterum alteri non insit, nec reliquum reliquo inerit: si verò insit alterum alteri, etiam reliquum reliquo inerit. Exemplum affirmationis: Davidi esurienti licuit vesci panibus propositionis: Ergo etiam discipulis Christi esurientibus licuit vellere spicas die sabbathi: Matthæi 12. Exemplum negationis: Terent. Adelph. Quando ego non curo tuum, ne cura meum. Quibus verbis Demea sic argumentatur contra Mititionem: Ego non curo filium tuum, nempe Æschinum: Ergo nec tu cures filium meum, nempe Ctesiphontem. Ratio à pari: quia utraque cura, rei alienæ est. *Quorum facinus committunt*] Sic loquentem introducit Cicero Antonium contra Cæsarem. Argumentationis sententia hæc est: Cæsar sectionem bonorum Pompejanorum quam possidet, possidet jure: Ergo etiam Antonius sectionem bonorum Pompejanorum quam possidet, jure possidet. Ratio à pari: quia ex pari causa cum Cæsare Antonius sectionem suam possidet, videlicet jure victoriæ. Hoc exemplum pertinet ad axioma tertium. *Quando ego non*] Hoc exemplum similiter pertinet ad axioma tertium: ut paulò antè explicavimus. *Tum servum*] Hic argumentum à relatis est. vide suprâ cap. 14. *In pretio pretium*] Nulla hîc videtur esse argumentatio: sed tantùm declaratio & illustratio per oppositum: opponuntur autem hîc privantia, Dives & pauper. Neque sequitur: Dives honoratur: ergo pauper contemnitur. potest enim fieri ut uterque honoretur, aut uterque contemnatur. *Neque verò*] Sic argumentatur his verbis Cicero: Ego non irascor tibi quòd accusas meum amicum: Ergo nec tu irasci debes mihi quòd defendo tuum inimicum. Ratio à pari: quia utrinque par est irascendi causa: Tam enim molestum esse solet, accusari nostrum amicum, quàm defendi inimicum. *Quod cum fateantur*] Talia sunt & illa ejusdem auctoris. Lib. 5. de Finib. Et quoniam hæc ducuntur de corpore: quid est cur non rectè pulchritudo etiam ipsa propter se expetenda ducatur? Nam si pravitatem imminutionemque corporis, propter se fugiendam putamus: cur non etiam (ac fortasse magis) propter se formæ dignitatem sequimur? Et si turpitudinem fugiamus in statu & motu corporis: quid est cur pulchritudinem non sequamur? Hætenus Cicero: summa hæc est, Si deformitas est propter se fugienda: ergo pulchritudo propter se est expetenda. Tale est & illud in Topicis: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: & bonitatem, si malitiam. Cæterum quod ad exemplum in textu propositum attinet: notandum est, Ciceronem quidem rectè argumentari: quum termini sint reciproci: verùm tacitè assumere falsum, nempe virtutem quæ vicio

cio contrarié opponitur & adversatur, in hominē cadere in hac vita. id quod falsum est: quum vix umbra virtutis in hominibus locū habeat. Idem judicandū est de ista argumentatione Pontificiorū: Mala opera damnant: Ergo bona opera servant. Recté quidē argumentantur: at falsum assument: nempe nostra bona opera talia esse quæ malis nostris operibus veré adversentur. id quod falsum est: quum bona nostra opera sint imperfecta & cū malis operibus conjuncta: mala autē nostra opera perfecta sunt, omnisq; bonitatis (quaten⁹ quidē nostra sunt, id est, à nostra voluntate nō renata proficiunt) expertia. *Contraria enim* Cōtraria Cicero vocat (ut suprà ca. 14. admonuimus) quæ vulgo dicuntur opposita, ab Aristotele ἀντικείμενα. Illustrem⁹ igitur hoc axioma exemplis in singulis quatuor generibus oppositorum. In relatis: Pater est qui genuit: Ergo filius est qui genitus est. In adversis: Albedo visum disjicit: Ergo nigredo visum colligit. In privantibus: Lux visui grata est: ergo tenebræ ingrata. In contradicentibus: Ei qui facit officium, debetur beneficium: Ergo ei qui non facit officium, non debetur beneficium. Sic Ioan. 8. 47. Qui ex Deo est, verba Dei audit: Ergo qui non est ex Deo, is non audit verba Dei. Est argumentatio Christi contra Pharisæos, qua indicat causam incredulitatis eorum. Similis locus extat Ioan. 6, 36 & 37. Sed dixi vobis: & vidistis me, nec creditis. Quicquid dat mihi pater, ad me veniet. Hinc sequitur à contrario: Ergo quicquid mihi pater non dat, non veniet ad me. Itaque iis verbis Christus causam innuit, cur Pharisæi ad ipsum non veniant, hoc est, in ipsum non credant: quia sciūcet non sint ei dati à patre. Veruntamen axioma illud in solis reciprocis firmum est, in non reciprocis varium & inconstans. ut in relatis non sequitur: Pater est homo: ergo filius est non homo, id est, aliquid aliud quā homo. In adversis: Albedo est color: ergo nigredo est nō color. In privantibus: Lux visum afficit: ergo tenebræ visum non afficiunt. In contradicentibus: Homo est animal: Ergo non homo est non animal: id est, Quicquid non est homo, non est animal. Eiusmodi ἀνακολουθίας, id est inconsequentia exemplum extat apud Basilium lib. 2. contra Eunomium, his verbis: ἔγδ ἐπειδὴ τῶ ἐγρηγορέναι τὸ ζῆν ἐπιτα, τῶ καθύδνει ἀκολουθεῖ πάντως τὸ πεθάναι: Non enim quia si quis vigilet, eum sequitur vivere: idcirco etiam si quis dormiat, eum continuo sequitur esse mortuum. Afferet etiam exemplū Aristoteles lib. 2. Topicor. cap. 3. Ad εὐεξίαν, inquit, sequitur sanitas: veruntamen ad καχεξίαν non sequitur morbus. ubi εὐεξίαν, quasi dicas bonum habitum, intelligit gladiatoriam corporis firmitatem, seu robur athleticum: καχεξίαν verò, quasi dicas malum habitum, intelligit virium corporis seu roboris infirmitatem atque imbecillitatem. Dicit autem hīc valere consequutionem ἀνάπαυσι, id est, vicissim seu retrò: quæ consequutio

simile quid habet cum conversione per contrapositionem: ut, *ἐνείκεια* est sanitas: ergo morbus est *καχεξία*. Verum ne hæc quidem consequutio in omnibus valere videtur. neque enim sequitur: Qui vigilat, vivit: Ergo qui mortuus est, dormit. nam quod sacra scriptura mortuos dormire dicit: id non propriè, sed per similitudinem intelligit. Vidimus exempla *ἀνακλιθίας* in non reciprocis: videamus nunc exempla *ἀκολυθίσεως* in eisdem. Aristoteles igitur loco citato assertit hæc: Fortitudo est virtus: ergo timiditas est vitium. Fortitudo est expetenda: Ergo timiditas fugienda. Visus est sensus: ergo cæcitas est *ἀραιότησις*, quasi dicas insensibilitas, id est, sensus vacuitas seu carentia. Si triplum est multiplum: ergo subtriplum est submultiplum. Si visus est sensus: ergo visibile est sensibile. Ex commemoratis exemplis perspicitur; in nō reciprocis *τὴν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀκολυθίσαν*, ut vocat Aristoteles, id est, axioma illud Ciceronis, non esse perpetuum: imò ne quidem *τὴν ἀνάπαλιν ἀκολυθίσαν* in omnibus locum habere. Itaque quum termini in enthymematibus antecedente reciproci non sunt: valde lubrica & fallax est à contrario argumentandi ratio, neque axioma illud Ciceronis in illis perpetuò valet. *Paria verò sibi*] Cicero & post Ciceronem Quintilianus, hoc exemplum ad similitudinem retulerunt. Et ita Aristoteles quoque paria *τὰ ἑμῶς ὑπέρχοισα*, id est, quæ similiter insunt, vocat. Quomodo exponendum videtur & illud Virgilii, 2. Æneid. *Par levibus ventis*, id est, similis. Hanc parium & similium confusionem parit eorum cognatio: utraque enim comparata sunt.

C A P. 19. DE MAJORIBUS.

Imparia sunt, quorum quantitas non est una.

Impar est majus aut minus. Maius est, cujus quantitas excedit. Propriæ notæ sunt hujus rationis: "Non solum, sed etiam, Malo hoc, quam illud, Plusquam, item per comparationē Grammaticam. Cicero pro Muræna:

*"Tollitur é medio*

non solum ista verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam illa domina rerum

*--sapientia: vigeritur res:*

*Spernitur orator.*

non solum odiosus in dicendo, aut loquax, verum etiam --- *bonus, horridus miles amatur.*

Hinc sumitur logica quedam gradatio, climacirhetorico interdum conjuncta. Pro Milone: "Neque vero se populo solum, sed etiam Senatui tradidit: neque Senatui modo, sed etiam publicis praesidiis & armis: neque his tantum, verum etiam ejus potestati, cui Senatus totam Rempub. omnem Italiae pubem, cuncta populi Romani arma commiserat. Iuvenalis Satyr. 8. adversus gloriosum nobilem:

*"Malopater tibi sit Thersites, dummodo tu sis  
Æacidae similis, Vulcaniaque arma capeffas,  
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.*

Pro Marc. "Plus admirationis habitura quam gloriae. AENEID. I.

*O socii (neque enim ignari sumus ante malorum)  
O passi graviora: dabit Deus his quoque finem.*

Cic. pro Mur. "Noli tam esse injustus, ut cum tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros rivulos etiam amicis putes clausos esse oportere. Hinc illa gradatio est sine climace Rhetorico apud Terent.

Thr. "Magnas vero agere gratias Thais mihi?

Gn. *Ingentes.* Thr. *Ain tu? Lata est?* Gn. *Nontam ipso quidem Dono, quam abs te datum esse: id vero serio Triumphat.*

Ficta vero majora etiam plurimum valent. Terent. Heaut. "Satrapes si fiet

*Amator, nunquam sufferre ejus sumptus queat,*

*Nedum tu possis. 5. Æneid.*

*Maguanime Ænea, non si mihi Jupiter auctor  
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere calo:  
Mutati transversa fremunt, & vespere ab atro  
Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aer:  
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum  
Sufficiamus.*

QVVM noster auctor doctrinam imparium admodum confusé & perversé, maximé in superioribus editionibus, tradiderit: idque inde ei acciderit, non quód inter declarationem & argumentationem non distingueret; neque quid argumentatio á majori aut minori fit, attenderet: nos ante omnia veram definitionem proponemus, deinde tres argumentandi regulas seu axiomata ex Aristotele subjiciemus. Argumentatio igitur á majori, est quum enthýmematis antecedens magis probabile est quám consequens. Axiomata autem Aristotelica extant 2. Top. 4. quorum Primum est hoc, *δυσὸν περὶ ἐνὸς λεγόμενοι, εἰ τὸ μᾶλλον ὑπάρχειν δοκῶν, μὴ ὑπάρχει· ἐδὲ τὸ ἥπρον.* id est, Quum duo de uno dicuntur, si id quod magis inesse videtur, non inest: neque inerit id quod minus inesse videtur. ut Ioan. 3, 12. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, creditis? quasi dicat, Nullo modo, hoc est, multó minús. Secundum axioma est: *ἐνὸς περὶ δυσὸν λεγόμενοι, εἰ τὸ μᾶλλον εἰκὸς ὑπάρχειν, μὴ ὑπάρχει· ἐδὲ ὃ ἥπρον.* id est, Quum unum de duobus dicitur: si ei cui magis verisimile est inesse, non inest: neq; inerit ei cui minús inesse verisimile est. ut Rom. 11, 21. Si Deus naturalibus ramis non pepercit: vide, ne tibi quoque non parcat. 1. Pet. 4, 18. Si justus vix servatur: impius & peccator ubi comparebit? quasi dicat, Nullibi: hoc est, multó minús servabitur. Tertium axioma est: *δυσὸν περὶ δυσὸν λεγόμενοι, εἰ τὸ θαλέρω μᾶλλον ὑπάρχειν δοκῶν, μὴ ὑπάρχει· ἐδὲ τὸ λοιπὸν τῶν λοιπῶν.* id est, Quum duo de duobus dicuntur: si id quod alteri magis inesse videtur, non inest: neque inerit reliquum reliquo. ut Mat. 12. Christus á Pharisæis accusatus violati sabbathi: eó quód permisisset discipulis suis, vellere spicas: inter alia sic se defendit: Sacerdotes non violant sabbathum, mactando pecudes: Ergo multó minús ego violavi sabbathum, permittendo discipulis meis ut velierent spicas ad pellendam famem. Ratio á majori: Quia magis videtur, sacerdotes violare sabbathum, quám Christum: qui est dominus sabbathi. Sic Luc. 13. vers. 15. & 16. Christus á præfeto synagogæ insimulatus violati sabbathi, eó quód fanasset mulierem incurvam: sic se defendit: Vos non violatis sab-



sabbathum, solvendo bovem aut asinam, & ducendo aequatum: Ergo multo minus ego violavi sabbathum, solvendo hanc filiam Abrahamæ à vinculo quo eam vinxerat Satanas, idque octodecim annos. *Non solum*] Non solum, est nota minoris: Sed etiam, majoris. Sic Cúm, est nota minoris: Tum, majoris. Malo hoc, est nota majoris: Quám illud, minoris, *Tollitur è medio*] Exemplum hoc non est hujus loci: continet enim illustrationem à minori. Quæstio est, Quid tollitur è medio? Responso, Sapientia. Illustratio à minori, Non solum simulatio prudentiæ. Altera quæstio, Quis spernitur? Responso: Orator bonus. Illustratio à minori, Non solum odiosus in dicendo aut loquax. Quod si dicas esse amplificationem, quasi dicat Cicero: Quid mirum, si verbosa prudentiæ simulatio tollitur: quum domina rerum sapientia tollatur? tum argumentatio est itidem à minori: perinde enim est ac si dicas, Domina rerum sapientia tollitur: Ergo multo magis tollitur verbosa prudentiæ simulatio: At sapientia, inquit aliquis, nonne major & præstantior est quàm prudentiæ simulatio? Sané. sed non idcirco argumentatio hæc à majori est. Argumentatio enim à majori dicitur, quum antecedens enthymematis magis probabile est quàm consequens: à minori, quum minus: sicut à pari, quum æquæ. Quare non spectanda est in hujusmodi argumentationibus, quantitas duarum rerum inter se comparatarum: sed quantitas duarum sententiarum inter se comparatarum ratione probabilioris. Itaque Aristoteles appellationes hinc commodiores sunt: qui appellat, *ἐκ τῆ μᾶλλον*, scilicet ὑπάρχοπιος, id est, ab eo quod magis inest: non autem, *ἐκ τῆ μείζονος*, id est à majore. Item, *ἐκ τῆ ἥπιον*, ex eo quod minus inest: non autem, *ἐκ τῆ ἐλάττωτος*, à minore. Observandum autem, argumentationem à pari, procedere & affirmando & negando: at argumentationem à majore, negando tantum: à minore autem, tantum affirmando. Nam illic conclusio semper est, Ergo multo minus: hinc autem, Ergo multo magis: quarum illa, negationis: hæc veró, affirmationis nota est. *Neque veró*] His verbis Cicero amplificat argumentum quo demonstrat, Milonem suæ causæ confidere. Argumentum erat à facto, Quia se tradiderit populo. Amplificatio est à collatione factorum majorum, id est, magis demonstrantium propositum: Quia se tradiderit etiam senatui, imò publicis armis, imò ipsi Cæsari. *Malo pater*] Hactenus duo exempla primæ notæ, *Non solum, sed etiam*: sequitur exemplum notæ secundæ, *Malo hoc quàm illud*. Sententia est, Malo te esse nobilem, & patrem habere ignobilem: quàm te esse ignobilem, & patrem habere nobilem. *Plus admir.*] Exemplum tertiæ notæ, *Plus, quàm*. *Graviora*] Exemplum comparationis Grammaticæ, id est nominis comparativè gradus. Quanquam exemplum hoc, quatenus argumentatio-

nem continet, non est hujus loci: continet enim argumentatione á minore: quia minus probabile est, aliqué pati posse graviora, quám leviora. at Æneas sic argumentatur, Passi estis graviora: ergo poteritis etiam pati hæc leviora. Exemplum pertinet ad secundum axioma suprà propositum. Duo quæ inesse dicuntur, Pati graviora & pati leviora: unum cui illa inesse dicuntur, socii Æneæ. *Noli tam*] Hoc quoque exemplum argumentationem á minore continet: Si fontes debent patere inimicis: ergo multó magis rivuli amicis. Illud enim minus probabile est, quám hoc. Exemplum pertinet ad tertium axioma suprà propositum. Duo quæ dicuntur inesse, Patere inimicis & patere amicis: duo quibus illa dicuntur inesse, Fontes & rivuli. *Magnas veró*] Si quis accuratè consideret, etiam hîc argumentatio á minori latet: licet prima fronte secus videatur. Quippe certum est, Gnathonem assentatorem ita hîc approbare verba Thrafonis, ut ea amplificet assentandi gratia. quód si amplificat, argumentatur igitur. nam omnis amplificatio, est tacita argumentatio vel á majore, vel á minore. Sed quomodo hîc argumentatur Gnatho? nempe sic, Thais agit tibi gratias ingentes: Ergo non est ut dubites quin tibi agat (quod tute ais) gratias magnas. at inquam, hæc argumentatio á minore est. Minus enim probabile est, aliquem agere gratias ingentes, quám magnas. sic de cæteris, minus probabile est, aliquem triumphare quám lætari ob acceptum beneficium: item meretricem lætari authore doni quám ipso dono. *Satrapes*] Hoc exemplum est hujus loci: sed vis argumentationis non consistit in eo quód satrapes major, hoc est, præstantior ac ditior sit quám is ad quem hæc dicuntur: sed quód magis probabile sit, satrapem magnos sumptus sufferre posse, quám aliquem mediocre aut tenuem. Enthymema hîc est: Satrapes non possent sufferre tantos sumptus quantos amica tua postulat: Ergo multó minus tu poteris. *Magnanime*] Hoc quoque exemplum hujus loci est: sed rursus vis argumentationis non consistit in eo quód Iupiter major sit, hoc est præstantior ac potentior veraciorque quám Æneas: sed quód probabilius sit, aliquem crediturum Deo quám homini. Enthymema hîc est: Si promitteret mihi Iupiter, me hoc cælo in Italiam navigaturum: non crederem ei. Ergo multó minus tibi (Ænea) istud promittenti credo.

CAP. 20. DE MINORIBUS.

Minus est, cujus quantitas exceditur: Minus autem sæpe indicatur propriis notis, ut non solum, sed ne: potius hoc quám illud: cum, tum.

Item

Item per Grammaticam comparationem: denique per negationem parium. Cic. 2. Catil.  
 "Nemo non modò Romę, sed ne ullo in angulo totius Italię oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciverit.  
 1. Catil. ut exul potiùs tentare, quàm cõsul vexare Remp. possis. 2. Agr. "Quæ cùm omnibus est difficilis & mala ratio, tum verò mihi præter cæteros.

Ovid. 3. de Trist.

*Sævior es tristi Busiride, sævior illo*

*Qui falsum lento torruit igne bovem.*

Ovid. 1. Remed.

*Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes,*

*Arida nec sitiens ora levabis aqua:*

*Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?*

*At pretium pars hæc corpore majus habet.*

Atque hujus ejusdem speciei sunt hæc formula, quæ fiunt negatione parium. Philippica 9.  
 "Omnes ex omni ætate qui in hac civitate intelligentiam juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Servio Sulpitio non sunt conferendi. Cat. 2. "Quanquam illi qui Catilinam Massiliam ire dicunt, non tam hæc queruntur quàm verentur. Pro Muræna: "Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuũ: quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitiorum? Aliquando nota nulla est. Pro Marcel. "Tantum abes à perfectione

maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Pro Archia: "Saxa & solitudines voci respondent: bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt, nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur? 7. Ver. Gradatio illa est á minoribus. "Facinus est vincire civem Rom. scelus, verberare: propé patricidium, necare: quid dicam in crucem tollere? Finguntur etiam minora. Virgil. Ecl. 1.

*Anté leves ergo pascentur in aethere cervi,  
Et freta destituent nudos in littore pisces:*

*Anté pererratis amborum finibus, exul*

*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Ti-  
grim,*

*Quám nostro illius labatur pectore vultus.*

2. Philip. "O rem non modó visu fœdam, sed etiam auditu: Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu veró populi Rom. negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum & totum tribunal implevit.

Vt hic quoque confusionem cujus superiore capite mentionem fecimus, evitare faciliús possimus: definiamus primúm argumentum á minori, deinde argumentandi axiomata subijciamus. Argumentum igitur á minori, est quum enthymematis antecedens minús probabile est quám consequens. Axiomata autem argumentandi á minori licet ab Aristotele (quod sciam) tradita nō sint: tamen ad imitationem eorū quæ ille tradidit de majori, facilié etiam de minori ex natura contrariorum tradi possunt. PRIMUM igitur esto hoc: Si quid inest ei cui minús

nus videtur inesse: inerit etiam ei cui magis videtur inesse. ut Matth. 6, 23. Si lumen quod est in te, tenebrae sunt: ipsae tenebrae quantae? Matth. 10, 25. Si ipsum patrem familiam, Beelzebub vocarunt: quanto magis domesticos ejus? Ioan. 15, 20. Si me persequuti sunt: & vos persequentur. Luc. 23, 31. Si in virgulto ligno ista faciunt: in arido quid fiet? 1. Pet. 4, 17. Si primum incipit a nobis iudicium: quis erit finis eorum qui non parent Dei Evangelio? quasi dicat, miserrimus. hoc est, Multo magis iudicabuntur illi seu affligentur. 2. Cor. 3. Si mortis ministerium fuit gloriosum: qui non potius ministerium spiritus erit gloriosum? SECUNDUM axioma: Si cui id inest quod inesse minus videtur: etiam illud ei inerit quod inesse magis videtur. Hujus axiomatis multa exempla extant Matth. 6. ubi Christus dehortatur a diffidenti sollicitudine victus & amictus: cujus loci haec est analysis. I. Pater caelestis dedit vobis animam: ergo multo magis dabit alimentum. Ratio a minore: quia minus probabile est, aliquem dare velle rem praestantior, quam vilior: est autem anima plus quam alimentum. II. Pater vester caelestis alit volucres caeli: ergo multo magis alit vos. Ratio a minori duplex: prior, Quia volucres caeli non serunt neque metunt, neque cogunt in horrea, sicut vos facitis: minus autem probabile est, altum iri eos qui non serunt, &c. quam qui ista faciunt. Posterior ratio: Quia vos multo praestatis eis: minus autem probabile est, sustentatum iri creaturam vilior, quam praestantior. III. Pater vester caelestis dedit vobis corpus: ergo multo magis dabit vestitum. Ratio a minore: Quia minus probabile est, aliquem dare velle rem praestantior quam vilior: corpus autem plus est quam vestitus. IIII. Pater vester caelestis vestit lilia agrorum: Ergo multo magis vestiet vos. Ratio a minore duplex: prior, Quia lilia non laborant neque nent, sicuti vos: minus autem probabile est, amictum iri eum qui non laborat neque nent, quam qui ea facit. Ratio posterior: Quia lilia sunt herba agri: quae hodie extat; & cras in clibanum mittitur: vos autem praestantiores estis. Minus autem probabile est, creaturam vilior a Deo exornari, quam praestantior. Rom. 8, 32. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: qui non etiam cum eo omnia gratificabitur? Deus donavit nobis filium: ergo multo magis donabit alias res utiles. 1. Cor. 6. sic argumentatur Paulus: Sancti (sic vocat Christianos) digni sunt qui mundum & angelos iudicent: Ergo multo magis digni sunt qui iudicent τὰ βιωτικά, id est, ea quae ad victum & necessitatem hujus vitae pertinent. TERTIUM axioma: Si duo duobus inesse videantur, alterum alteri: & id inest quod alteri inesse minus videtur: etiam reliquum inerit reliquo. ut Rom. 5, 8. Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quod

quum adhuc essem<sup>9</sup> peccatores, Christus pro nobis mortu<sup>9</sup> sit. Iustificati igitur ejus sanguine, servabimur nunc multo magis per eum ab ira. Nam si quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filii ejus: multo magis, reconciliati, servabimur per vitam ipsius. Hactenus Apostolus. Continentur aut hoc loco duæ argumentationes à minore. Prioris quaestio est, Vtrum nos posteaquam justificati sumus, servandi simus ab ira? Respondet Apostolus affirmando: & affirmationem probat argumento à minore: Quia scilicet quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est: id quod minus videbatur facturus. Nam certè minus rationi consentaneum videtur, aliquem velle mori pro homine impio, quam servare justum. Posterioris argumentationis quaestio est, Vtrum nos, posteaquam Deo reconciliati sumus, servandi simus per vitam Christi? Apostolus respondet affirmando: & affirmationem probat à minore: Quia scilicet quum adhuc essemus inimici, reconciliati fuimus Deo per mortem Christi. id quod minus videbatur eventurum. Nam certè minus probabile est, aliquem per mortem reconciliare velle cum altero inimicum: quam per vitam servare velle reconciliatum. Termini duo qui reliquis duobus insunt, in prioris argumentatione sunt hi: I. Christum mortuum esse pro nobis. II. Christum servaturum nos ab ira. Termini duo quibus illi insunt: III. Nos quum adhuc essemus peccatores. IIII. Nos quum jam sumus justificati. Iam terminus primus inesse dicitur tertio: cui tamen minus videtur inesse quam secundus quarto. Ergo multo magis secundus inesse dicendus est quarto. In posteriori argumentatione termini qui insunt: 1. Reconciliari Deo per mortem Christi. 2. Servari per vitam Christi. Termini quibus illi inesse dicuntur: 3. Nos quum adhuc essemus inimici. 4. Nos quum jam sumus reconciliati. Iam terminus primus dicitur inesse tertio: cui tamen minus videtur inesse quam secundus quarto. Ergo multo magis secundum quarto inesse dicendum est.

*χρησιμὸς* argumentationis prioris.

- 3 Si pro nobis peccatoribus                      1 Christus mortuus est:  
4 Ergo nos justificati                              2 Per Christum servabimur ab ira.

Posterioris argumentationis delineatio.

- 3 Si nos inimici                                      1 reconciliati sumus Deo per mortem Christi:  
4 Ergo nos reconciliati                              2 servabimur per vitam Christi.

Cic. I. Offic. Quod si ea quæ acceperis utenda, majore mensura (si modo possis) jubet reddere Hesiodus: quidnam beneficio provocati, facere debemus? quasi dicat, Si mutuum reddendum est majore mensura: multo magis donum remunerandum est majore mensura.

- 3 Mutuum    1 Reddere majore mensura:  
Donum    2 Remunerari majore mensura.

Horat.

Horat. *Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones:  
Vi teipsum serves, non expergisceris?*

Quasi dicat, Si latrones de nocte surgunt, ut jugulent te: ergo tu multo magis expergisci debes, ut serves te.

*Nemo non modo*] In hoc exemplo comparatio rationum est. Amplificat enim orator conjugationem Catilinæ, comparatione minoris, id est sententiæ minus probabilis. Sententiæ quam amplificat, est hæc: Catilina conjuratos ascivit Romæ. Hanc sententiæ amplificat comparatione illius: Catilina conjuratos ascivit in omnibus angulis Italiæ. Ista sententiæ minus probabilis erat, quam illa prior. Itaque in hoc exemplo nota majoris est, Non modo: minoris, Sed ne. Sicut & in illo Philip. 2. O rem non modo visu scèdam, sed etiam auditu. Magis enim probabile est: esse aliquid scèdam visu, quam auditu. *Tentare*] Sententiæ hanc, Catilina vexat rempublicam: illustrat orator collatione minoris, Malim tentaret, quam vexaret. *Quæ cum*] Sententiæ hanc, Hæc ratio administrandi rempub. mihi difficilis est: illustrat collatione minoris, Cæteris minus difficilis est. *Scviores*] Amplificat poëta crudelitatem maledici cujusdam, comparatione minorum: nempe crudelitatis Bufiridis & crudelitatis Phalaridis. Sententiæ amplificanda, Tu es crudelis. Sententiæ amplificantes: Tu es crudelior Bufiride: tu es crudelior Phalaride. quod idem valet ac si dicas: Bufiris minus crudelis fuit quam tu: itemque Phalaris. *Ut corpus*] Exemplum argumentationis à minori: Tu pateris aliquid propter corpus: ergo patere etiam propter animum. Cujus tamen argumentationis vis non consistit in collatione corporis cum animo, tantum minoris cum majori: sed in collatione duarum sententiarum, Pati velle propter corpus, & pati velle propter animum: quarum illa minus est probabilis quam hæc. Exemplum pertinet ad primum axioma supra propositum. *Omnes ex omni*] Amplificat orator jurisprudentiam Sulpitii. Sententiæ amplificanda, Sulpitius est juris bene peritus. Amplificatio per collationem minorum: Omnes antè nati Romæ jurisconsulti non habuerunt tantam juris intelligentiam, quantam Sulpitius. Hic nota minoris est, negatio paræ, Non sunt conferendi. *Quantum illi*] Exemplum hoc, non est hujus loci: nam elevat orator querelam Catilinariorum, comparatione majoris, id est probabilius. Sententiæ quam elevat: Catilinarii queruntur, Catilinam ire Massiliam. Elevatio: Non tam queruntur quam verentur. id est, magis verentur quam queruntur. Hic nota minoris est, Non tam: majoris, Quam. *Quod enim fret.*] Amplificat orator perturbationes comitiorum, comparatione minoris: Freta non habent tantas agitationes fluctuum, quantas perturbationes habent comitia. *Tantum abes*] Cæsar conquestus de suspitione conjugationis, dicebat, se satis sibi vixisse: at orator

negat, reipub. collapsæ, neque dum restitutæ, satis eum vixisse. Et hanc sententiam amplificat comparatione minoris, ad hunc modum: Nondum perfecisti instaurationem reipublicæ: imò (quod minus est) nõdum jecisti instaurationis illius fundamēta. Potest etiam dici, amplificationem hanc constare collatione majoris, id est probabilioris sententiæ, ad hunc modum: Nondum perfecisti: imò ne fundamenta quidem jecisti. Probabilius enim est, aliquem fundamenta jecisse ædificii quod pridem extructum voluit, quàm illud perfecisse. Quod si ergo nondum jecit fundamenta: multò minús perfecit. *Saxa & solitud.*] Rursus exemplum argumentationis, Sic enim argumentatur orator: Saxa & solitudines voci respondent: bestiæ sæpe immanes, cantu flectuntur atque consistunt: Ergo multò magis homines instituti rebus optimis, poetarum voce moveri debent. Exemplum pertinet ad tertium axioma. Est autem argumentum geminum: cujus utriusque analysis hæc est. prioris: duo quæ insunt, Vox & Carmen: duo quibus illa insunt, Saxa & homines. Ratio á minori: Quia minús probabile est, saxa moveri voce, quàm homines moveri carmine. Posterioris: duo quæ insunt, Cantus & carmen: duo quibus illa insunt, Bestiæ & homines. Ratio á minori: Quia minús credibile est, bestias moveri cantu, quàm homines moveri carmine. *Facinus*] In hac gradatione itur á minoribus ad majora. *Anté leves*] His verbis Tityrus amplificat suam beneficiorum Cæsaris memoriam. Sententia quam amplificat, est hæc: Non obliviscar beneficia Cæsaris. Hanc sententiam amplificat collatione hyperbolica minorum, id est sententiarum minús probabili-um: Cervi pascentur in æthere, Mare arefactum destituet pisces &c. Hic igitur nota minoris est, Anté: majoris, Quàm. *O rem*] Turpitudinem vomitus Antonii amplificat orator comparatione minoris: Inter cœnam vomere, turpe est: ergo multò magis in cœtu populi. Exemplum pertinet ad axioma primum. Vnum quod inesse dicitur, Vomere: duo quibus illud inesse dicitur, Cœna & cœtus populi.

### CAP. 21. DE SIMILIBUS.

Adhuc comparatio in quantitate fuit, sequitur comparatio in qualitate, qua res comparatæ quales dicuntur: nempe similes aut dissimiles. "Similia sunt, quorum est eadem qualitas: similitudo proportio dicitur, ut similia proportionalia. Notæ similitudinis quæ uno verbo



verbo concluditur, sunt, Similis, Effigies, More, Instar, Tanquam, Sicuti: tum negatio dissimilitudinis, Haud secus, non aliter. 1. AENEID.

*Os humerosq; Deo similis. --*

9. Philip. Quanquam nullum monumentum clarius Servius Sulpicius relinquere potuit, quam effigiem morum suorum, virtutis, cōstantiæ, pietatis, ingenii, filium. 1. Trist.

*Namq; ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,  
Solvit Achilleo tollere more pot. st.*

In Pis. Vnus ille dies mihi quidem instar immortalitatis fuit, quo in patriā redi. Verr. 1. Sed repentē ē vestigio ex homine, tanquam aliquo poculo Circeō, factus est verres. Pro Pompeio, Itaque omnes quidē nunc in his locis Cn Pompejum sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo delapsum intuentur. 3. AENEID.

*Haud secus ac jussi, faciunt. --*

Terentius in Phor.

*Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.*

Similitudinis partes deinceps explicantur, & quidem disjunctē vel continuē. Similitudo disjuncta est, quando termini quatuor reipsa distinguuntur. Eclog. 5.

*Tale tuum carmen nobis divine poëta,  
Quale sopor fessis in gramine.*

Carmen ad auditorē, ut sopor ad fessum, termini quatuor distincti sunt. Ad Frat. 1. Quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis: sic sapientissimi viri, fortunæ impetum per-

sape superare non possunt. Hic quatuor sunt itē termini, ut gubernator ad tempestatem, sic sapiens ad fortunam. 1. Trist.

*Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum:*

*Tempore sic duro est inspicienda fides.*

Cicer. 2. Phil. Sed nimirum ut quidam morbo & sensus stupore, suavitate cibi non sentiunt: sic libidinosi, avari, facinorosi, veræ laudis gustū non habent. Virgilius fecerat hos versus:

*Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:*

*Divisum imperium cum Iove Casar habet.*

Batyllus arrogaverat sibi, præmiumque magnum erat adeptus. His igitur similibus Batyllum Virgilius lusit:

*Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.*

*Sic vos non vobis nidificatis aves:*

*Sic vos non vobis mellificatis apes:*

*Sic vos non vobis vellera fertis oves:*

*Sic vos non vobis fertis aratra boves.*

Aliquando nulla profus est nota. Virgil. Ecl. 2.

*O formose puer, nimium ne crede colori,*

*Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

Continua similitudo est, quando est ut primus terminus ad secundum, sic secundus ad tertium. 3. Leg. Videtisne magistratus hanc esse vim, ut præsit, præscribat recta & utilia & conjuncta cum legibus? ut enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus. Hic termini sunt tres: lex, magistratus, populus.

*Ficta similitudo parē vim habet superiorib.  
illis,*

illis, sed præcipuè in hac explicata similitudine  
Æsopici apologi excellunt. Horat. 1. Epist.

*Quòd si me populus Romanus fortè roget, cur  
Non ut porticibus, sic judiciis fruarius idem,  
Nec sequar, aut fugiam quæ diligit ipse, vel odit:  
Olim quod vulpes egrotò cauta leoni  
Respondit, referam: quia me vestigia terrent  
Omnia te adversum spectàtia, nulla retrorsum.*

*Similia*] Nihil video in hujus loci tractatione, quod vel eno-  
dationis, vel castigationis indigeat. Hoc tantum admoneo, u-  
sum similibus potissimum versari in illustrando: sæpe etiam in  
occultando, quando scilicet propriis verbis omissis, solummo-  
do translatis utimur. Vnde Christus interrogatus à discipulis,  
quare per parabolas, id est, similitudines, loqueretur populo,  
Matth. 13. respondit, Quia vobis datum est, nosse mysteria reg-  
ni cælorum: illis autem non est datum. Item, propterea per  
parabolas loquor eis, quia videntes non vident, & audien-  
tes non audiunt, nec intelligunt. Cæterum similibus ad illustran-  
dum adhibitis facta scriptura referta est. ut Esa. 53. Christus ad  
mortem ductus comparatur agno qui ducitur ad mactationem;  
& ovi obmutescenti coram tonsore: ut illustretur Christi pa-  
tientia. Psal. 1. Vir pius comparatur arbori plantatæ ad rivus: ut  
illustretur ejus felicitas. Sic Psal. 91. comparatur palmæ & cedro  
Libani. Matth. 23. Christus comparat Phariseos sepulchris deal-  
batis, ad declarandum eorum hypocritin: se autem gallinæ con-  
greganti pullos sub alas, ad declarandum suum amorem erga Ju-  
dæos. *Scilicet ut fulvum*] Eadem similitudine illustratur in sacris  
litteris constantia fidei Christianæ. 1. Pet. 1, v. 6 & 7. *Ficta simi-  
litudo*] Tales sunt parabolæ Salvatoris in historia Evangelica. Ta-  
lis est ficta narratio Prophetæ Nathanis apud regem Davidem,  
de cive divite qui pauperi unicam suam ovem eripuerat: quam  
tandem ad Davidem accommodat. 2. Sam. 12. *Apologi*] Iudic.  
9. extat insignis apologus Iothami, quomodo arbores elegerint  
sibi regem.

## CAP. 22. DE DISSIMILIBUS:

Diffimilia sunt comparata, quorū qualitas est  
diversa. Dissimilitudinis proprię notæ sunt, diffi-  
mile, dispar, differens, aliud, secus. pro Planc.

Quinquã dissimilis est debitiõ pecuniæ & gratiæ. Ennius,

*O domus antiqua, heu quã dissimiliter dominare domino.*

Cæsar 1. bel. Gall. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. 2. Agrar. Alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. Cicer. 2. Nat. Quoniam cœpi secus agere atque initio dixeram. Dissimilitudinis notæ etiã sunt per negationem similitum. 3. de Orat. Non est philosophia similis artiũ reliquarum. 2. AEn.

*At non ille, satum quo te mentiris, Achilles,  
Talis in hoste fuit Priamo.*

Horat. 1. Epist.

*Non eadem est ætas, non mens.*

1. ad Frat. Sit annulus tuus, non tanquam vas aliquod, sed tanquam ipse tu. 3. Phil. Certus dies non ut sacrificii, sic consilii expectari solet. Hoc argumento pastor ille errorẽ suum confitetur: *Urbem (quam dicunt Romam) Melibœe, putavi  
Stultus ego, huic nostra similem. --- Et mox,  
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos  
Noram sic parvis componere magna solebam.*

Ut nec canibus catuli, nec matribus hædi, sic nec Mantua Romæ similis est. Nota plerunque nulla est, & dissimilitudo plenius explicatur. Quintil. lib. 5. c. 11. Brutus occidit liberos proditionem molientes, Manlius virtutẽ filii morte multavit. Catullus:

*Soles occidere & redire possunt:*

*Nobis*

*Nobis cum semel occidit brevis lux,  
Nox est perpetua una dormienda.*

*Disimilia*] Disimilium exempla é sacris literis. Psal. 1. Non fiet impii. Ioan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus : mercenarius autem & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videns lupum venientem, relinquit oves & fugit. Ioan. 4. Christus declarat Samaritanæ, aquam á se promissam, dissimilem esse ei aquæ quam dabat mulier : Omnis, inquit, qui biberit de aqua hac, sitiet iterum : quisquis autem biberit de aqua quam ego dabo, ne utrumquam sitierit in æternum : sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Matth. 7. vers. ult. Docebat eos (videlicet Christus populum) ut habes auctoritatem, & non ut scribas. 1. Sam. 2. v. 25. Si peccaverit vir in virum, judicabit ipsum iudex : si autem in Iehovam peccaverit quispiam, quis judicabit pro eo? Hujus loci est negatio similitudinis cú indicatione dissimilitudinis : Quum enim pro similibus proponuntur quæ similia non sunt, negari solet similitudo, & rationis loco subjici dissimilitudo : ut, Non quemadmodum Israëlitis licuit spoliare Ægyptios, ita nobis etiam licet deprædari proximum : Nō enim nos idem quod illi, mandatum á Deo accepimus. Sic, Non quemadmodum equis vetulis teneros anteponere solemus, sic amici novi veteribus sunt anteponendi : Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Vide Lælium Cic. Sic in oratione pro Murena, quum Servius Sulpitius existimaret, Ciceronem sibi contra Murenam adesse debere in causa capitis, sicut antea sibi contra eundem adfuerat in causa honoris : Cicero similitudinem istam negat his verbis : Sic existimo (inquit) sic mihi persuadeo : me tibi contra honorem L. Murenæ, quantum tu á me postulare ausus sis, tantum debuisse : contra salutem nihil debere. neque enim si tibi tum quum peteres consularum, affui : idcirco nunc quum Murenam ipsum petas, adjutor eodem pacto esse debeo. Atque hoc non modò non laudari, sed ne concedi quidem potest : ut amicis nostris accusantibus, non etiam alienissimos defendamus. *Dispari*] Dispar hñc pro dissimili : sicut par pro simili in illo, *Tar levibus ventis. Ut nec canibus*] Aliter verba poëtæ explicanda censeo, nempe ad hunc modum : Non ut canibus catuli, & matribus hædi : sic Matres à Romæ similibus est. Aliás non erit hñc dissimilitudo, sed similitudo.

### CAP. 23. DE CONJUGATIS.

Haftenus prima argumenta sunt exposita, se-

quuntur orta de primis, quæ perinde sunt ad id quod arguunt, sicut prima, unde oriuntur: ut cōjugata & notatio: distributio & definitio. "Cōjugata sunt nomina ab eodē principio varié deducta, ut justitia, justus, justé. In cōjugatis symbolū est consentaneorū argumentorū. Propertius lib. 2.

*Libertas quoniam nulli jam restat amanti,*

*Nullus liber erit, si quis amare velit.*

Hic libertas causa est, cur sis liber. Cic. 3. de Nat. Deorū, cum de Dionysio Tyranno loquitur: iam mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri, in quibus quod more veteris Græciæ inscriptum esset, BONORUM DEORUM, uti eorum bonitate velle se dicebat. Dii boni sunt: eorum igitur bonitate est utendum. Hic ex effectis ad causas est disputatum. Terent.

*Homo sum, humani à me nihil alienum puto.*

Ex subjecto est ad adjunctum. CONTRA Phil. 2. Non tractabo ut Consulem, ne ille quidem me ut Consularem. In Pison. Cum esset omnis illa causa Consularis & Senatoria, auxilio mihi opus fuerat & Consulibus & Senatus.

[Conjugata sunt] Cicero in Topicis, Conjugata, inquit, dicuntur quæ sunt ex verbis generis ejusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varié commutantur: ut sapiens, sapienter, sapientia. Hæc verborum conjugatio συζυγία dicitur: ex qua hujusmodi est argumentum: Si compascuus ager est, jus est compascere. Hæc Cicero. Aristoteles vero in suis Topicis lib. 2. cap. 3. appellat σύσειχα, quasi dicas coordinata: & definit sic, Σύσειχα δὲ λέγεται τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν συσειχίαν ἅπαντα ὅσα δικαιώσῃ, δίκαιος, δίκαιον, δικάως. id est, Coordinata dicuntur omnia ea quæ in eadem coordinatione sunt: ut justitia, justus, justum, justé. Huc pertinet etiam πῶσις, casus: quo vocabulo tempore Aristotelis (ipsemet teste in loco citato) appellabatur sola ad verbia

à nominibus derivata. Verùm hanc appellatìonem merentur etiam casus obliqui nominum : item comparativi gradus & superlativi. Porro argumentatio à conjugatis ad jocandum valet, quum luditur alterius conjugatorum ἀμωυμίη, id est, ambiguitate. ut apud Cic. lib. 2. de Orat. Quum in senatu ageretur de agris publicis : & premeretur Lucilius ab iis qui à pecore ejus depasci agros publicos dicerent : Non est (inquit Appius) Lucilii pecus illud : erratis. (Defendere Lucilium videbatur.) Ego liberum puto esse : quã lubet, pascitur. Hactenus Cicero. Sic igitur argumentabatur Appius : Pecus illud pascitur quã liber : Ergo est liberum. Si liberum : ergo non est Lucilii. Sed ludebat Appius ambiguitate nominis Liberum. Liberum enim dicitur tum quod solutum est & expeditum ad movendum sese quò libet : tum quod non est servum seu sub domini alicujus potestate. Priore sensu pecus Lucilii liberum erat ; posteriore nõ erat : at de hac libertate erat quæstio. Præterea nõ valet consequentia à conjugato actionis unius aut actionum paucarum ad conjugatum habitus : eò quòd habitus non nisi ex multis actionibus comparatur. quare non sequitur, Davidis factum, quum necem pararet Virgæ innocenti, fuit tyrannicum : Ergo David fuit tyrannus. Nec sequitur, Cambyfis factum, quum iniquo judici detraxit pellè & eam instravit sedi, fuit justum : Ergo Cambyfes fuit justus. Ad ejusmodi dici solet : Vna hirundo non facit ver. Præterea ad hunc locum pertinet argumentum quod vocatur à concreto ad abstractum : ut, Baptista recepit milites manentes in officio : Ergo approbavit militiam. Quanquam hinc cõsequutio non pendet ex conjugatis, Miles & Militia : sed ex eo quod additur, Manentes in officio. quod jam argumentum est à testimonio, nempe tacita confessione. nam silentium Ioannis vim habebat approbationis. Si enim militiam improbasset, certè palàm id esset professus : quippe quum eos hortaretur ad penitentiam. Postremò notandum, è conjugatis sæpe duci argumenta quæ simul vim habent à pari : ut, Si qui fortiter agit, consideratè pericula suscipit & labores perpetitur : est quoque fortitudo, cõsiderata periculorum susceptio & laborum permissio. Item, Si justitia non est scientia : neque scienter agere dici poterit qui agit justè. Itè, si currès movetur : ergo cursus est motus,

## CAP. 24. DE NOTATIONE.

“Notatio est nominis interpretatio : nomina siquidem sunt notæ rerũ, nominumque vel derivatorum, vel compositorum, si vera notatione

fiant, ratio reddi potest ex aliquo argumento primo: ut homo ab humo. Ovid. 6. Fastor.

*Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.*

Ex causa est notatio.

*At focus à flammis, & quòd fovet omnia, dictus.*

Ex effectis est notatio.

Item 4. Ver. "O Verrea præclara! Quò enim accessisti, quò non attuleris tecum istum diem? Etenim quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum reliqueris? Quare appellentur sanè ista Verrea, quæ non ex nomine, sed ex moribus naturaque tua constituta esse videantur. Ex effectis item est notatio. Ovid. 1. Fast.

*Prima dies tibi Carina datur, dea cardinis hæc est,  
Nomine clausa aperit, claudit aperta suo.*

Hic est notatio è subiecto cardine, circa què numen deæ exercetur. At ex adjunctis notatio est Bâbalionis 2. Philip. quia balbus & stupidus: hinc igitur cavillatio in Antoniû generum. Tuç conjugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certè, Bâbalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius: qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. Ex adjunctis est notatio. E dissentaneis autem sunt illa apud Quintilianum libro primo, capite sexto: Lucus, quia umbra opacus, parum luceat: & Ludus, quia sit longissimè à lusu: & Dis, quia minimè dives. Potest etiam è comparatis esse notatio:

ut



ut Pyropus, quod ignis flammam imitetur. Est veró ut notationi ad suum nomen, sic nomini ad notationem sua affectio: ut Animi plenus, ergo animosus: & contrá, Animosus, ergo animi plenus.

*Notatio*] Cicero in Topicis, Græci, inquit, ἐτυμολογίαν vocarūt, id est (verbum ex verbo) veriloquium: nos au. em novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus: quia sunt verba, rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat: quod Latinè est nota. Hæc ille. *Homo ab humo*] Quintilianus lib. 1. cap. 6. hanc notationem deridet: Etiamne hominem appellari, inquit, quia sit humo natus? Quasi veró non omnibus animalibus eadem origo: aut illi primi mortales antè nomen imposuerint terræ, quàm sibi. Hæc ille. Sed mihi homo ignoravit sacras literas: quæ hanc notationem in lingua Hebraica confirmant. ut Genes. 2, 7. Et formavit dominus Deus hominem, pulverem de humo. Et cap. 3, v. 19. ait Deus primo nostro parèti, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in humum, quia ex ea sumptus es. Hebraicæ appellationes sunt: hominis, Adam: humi, adamah. Significat autè adamah, propriè humum ruffam: ex quali hominem a Deo formatum fuisse, tum ipsa nominis proprietates arguit: tum quod in partibus Orientalibus (sicut & aliis multis in locis) propter solis adustionem humus subruffa est. Divinitus autem in confusione linguarum, homo & humus has appellationes sortita sunt: ut Hebræis vocibus è regione responderent. Neque veritatem hujus notationis labefactat ratio Quintiliani: quod eadem ratione omnia animalia homines appellanda essent, quàm omnia humo nata sint. nam Deus solum hominem sic appellari voluit, ut perpetuam apud se haberet sui humiliandi materiam: quippe qui ex humo, id est vili materiæ, originem traxerit. Cujus humiliationis exemplum extat in Abrahamo Gen. 18. ubi Deum alloquuturus, præfatur in hæc verba: En obsecro induxi animum ut loquerer cum domino meo, qui pulvis sum & cinis. Et post primi parètis nostri lapsum, ad superbiam ejus retundendam, qui deo similis fieri cupierat, ait Deus: Pulvis es, & in pulverem revertaris. Deinde nec altera Quintiliani ratio valet: neque enim verum est quod Quintilianus præsupponit, omnia nomina rebus ab hominibus esse imposta: imposuit enim quædam ipse Deus, ut in primo cap. Genes. videre est. Cæterum ejusmodi notationum sacræ literæ plenæ sunt: ut, nominis Heva, Gen. 3, 20. Cajin, Genes. 4, 1. Seth, ibid. v. 25. Noah, Gé. 5, 29. Abraham, Gé. 17, 5. Isaac, Gen. 17, 17. & Gen. 18, 12. & Gen. 21, 6. Esau & Jacob, Gen. 25, 25. Edom, ibid.

ver. 30. Nominum filiorum Iacob notationes exponuntur Genes. 30.

*Q. Verrea*] Enthymema hujus loci est, Verres omnia loca Siciliae verrit, id est, poliavit ac deprædatus est: Ergo festum quod in Lupitius honorem instituit, merito appellavit Verrea. Hic notatio falsa est, & ad convitiandum atque jocandum ab oratore conficta. Verres enim festum illud sic appellaverat ex suo nomine, non autem ex suis moribus ac factis. Simile est enthymema Esau, quo cõvitiatur Iacobo fratri: Gen. 27. Merito, inquit, vocatũ est nomen ejus Iacob: supplantavit enim me jam altera vice. Etiam hic notatio falsa est, & ab Esauo ad convitiandũ fratri conficta. nam Iacob a planta nomẽ acceperat, non quod supplantator futurus esset: sed quod in partu plantã Esau egrediẽtis tenuisset, ut habetur, Gen. 25, 25. Hujus generis est & argutatio illa lamentantis Ajacis apud Sophoclem in Ajace flagellifero:

Αἴ, αἴ, τίς αἰ πῦρ ὦσθ' ὅδ' ἐπώνυμον  
 Τὰ μὲν ξυνοίσων ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖσι  
 Νῦν γὰρ πάρεσι ἔξ δὲς ἀάζειν ἐμὸν  
 ἔξ τῆς· πῶς ποῖς γὰρ κακοῖς ἐπὶ ὑχάνων.

Hujus loci enthymema est: Necessè habeo *αἰάζειν*, id est, lamentari: Ergo rectè nominor *Αἴας*, quasi dicas, lamentator. Atque hæc à notatione ad nomen argumenta sunt: vicissim ducuntur etiam argumenta à nomine ad notationem: ut, Cicero pro Mil. Venio nunc, inquit, ad aureum illud nomen Chrysoconi. quibus verbis perstringit illius avaritiã: quasi dicat, Chrysogonus habet nomen ab auro; sic dictus quasi ex auro genitus: Ergo non est mirum si sit auri cupidus, id est, avarus. Sic, Sapientes a veteribus Romanis nominati sunt cordati: Ergo illi judicarunt, sapientiã sedem & quasi domicilium esse cor.

#### CAP. 25. DE DISTRIBUTIONE.

Reliquum est ex ortis aliunde argumentis argumentum "distributionis & definitionis: in qua utraque affectio reciprocationis est, illic partium omnium cum toto, hinc definitionis eum definito. Distributio est, cum totum in partes distribuitur. Totum est, quod continet partes. Pars est, quæ continetur à toto. Atque ut distinctio totius in partes, Distributio: sic collectio partium ad constituendum totum, Inductio dicitur.

Distributio sumitur ex argumentis toti quidem consentaneis, inter se autem dissentaneis. Itaque tanto accuratior erit, quanto partiū & cū toto consensus, & inter se dissensio major fuerit.

*Distributionis*] Vulgo appellatur divisio. *In qua utraque affectio reciproc.*] In superioribus editionibus additum erat, *Omnino propria.* quæ verba meritò expunxit author propter falsitatem; quia affectio reciprocationis communis est etiam aliis argumentis: ut Omnis homo præditus est facultate ridendi: & vicissim, quicquid præditus est facultate ridendi, homo est. ubi subjectum reciprocatur cum adjuncto. Sic, Plato fuit præceptor Aristotelis: & vicissim, Aristoteles fuit discipulus Platonis. ubi inter se reciprocatur relata. Hoc tamen verum est: in toto genere distributionis & definitionis reciprocationem reperiri: non autem in toto genere subjectorum aut adjunctorum, aut aliorum argumentorum. Itaque reciprocatio inest quidem distributioni ac definitioni omni, sed non soli: quare non est horum argumentorum propria. *Inter se autem dissentaneis*] Vitiosa igitur divisio est, cujus partes inter se consentaneæ sunt: qualis est illa quæ vulgo traditur, divisio partium: qua partes dividuntur in essentielles & integrales. Quasi verò integrales partes, non sint essentielles: quippe constituentes integri essentiam: ut fundamentum, parietes & tectum constituunt essentiam domus: sic singula corporis humani membra constituunt integrum corpus. Vicissim essentielles partes, nonne etiam integrales sunt? ut corpus & anima, homini: quum integram hominis essentiam constituent. Eodem vitio laborat divisio definitionis, qua dividitur in essentialem, causalem, collectam ex coacervatione partium, & collectam ex coacervatione accidentium. nam quam essentialem vocant, est etiam causalis: quippe constans ex genere & differentia specifica: quibus symbolis causæ essentiam constituent, materia scilicet & forma, continentur. Sic quam vocant causalem, est etiã essentialis: quatenus enim recenset causas omnes, recenset etiam materiam & formam, quæ essentiam rei constituent. Sic definitio collecta ex coacervatione partium, sive recitet partes essentielles, sive integrales: semper essentialis est. quum verò recitat essentielles, materiam & formam: tum non solùm essentialis, sed etiã causalis est. Talis quoq; est divisio prædicationis (quam sic in scholis Dialecticorū vocāt) in regularem, figuratam & inusitatam. nam figurata, etiam regularis esse potest: ut tyrannus est lupus: ubi prædicatur accidēs de subjecto, ut ipse quoque Philippus fatetur. Item quam inusitam vocant, etsi de rebus inusitatis est, tamen ipsa prædicatio seu loquendi ratio, revera regularis est: ut Filius Dei est homo, Filius

Dei mortuus est. in quarum pr ore prædicatur genus de specie (seu ut vulgo loquuntur, species de individuo) nempe homo de illo homine qui etiam est filius Dei: in posteriore prædicatur accidens de subiecto; nã Filio Dei accidit ut moreretur in carne.

CAP. 26. DE DISTRIBUTIONE  
*ex causis.*

Distributio prima est ex absoluté consentaneis, causis nempe & effectis. Distributio ex causis est, quando partes sunt causæ totius. Hic distributio integri in sua mēbra præcipuè laudatur. Integrum est totum, cui partes sunt essentielles: Membrum est pars integri. Sic Grammatica in etymologiam & syntaxim, Rhetorica in elocutionem & actionem, Dialectica in inventionem & iudiciū dividitur. Ab his enim partibus artes illæ constituuntur. Hæc distributio principalis est, cū rei longioris explicatio suscipitur. i. Georg.

*Quid faciat latas segetes, quo sidere terram  
Vertere (Macenas) ulmiq; adjungere vites  
Conveniat: quæ cura boum, quis cultus habendo  
Sit pecori, atq; apibus quanta experientia parcis,  
Hinc canere incipiam.*

Cic. pro Mur. Intelligo (judices) tres totius accusationis partes fuisse: & earum unam in reprehensione vitæ, alteram in cōtentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. Quin etiam aliter tractatur hoc argumenti genus, vel à partibus ad totum, vel à toto ad partes. Catul.

*Quintia*

*Quintia formosa est multis: mihi candida, longa,*

*Recta est: hæc ego sic singula confiteor:*

*Totum illud formosa, nego: nam nulla venustas,*

*Nulla in tam magno est corpore mica salis.*

*Lesbia formosa est: quæ cum pulcherrima tota est,*

*Tum omnibus una omnes surripuit Veneres.*

*Distributio integræ]* Hæc peculiari vocabulo appellatur *partitio*: sicut distributio generis in species nominatur *divisio*: teste Cicerone in *Topicis*. Sic decalogi distributio in duas tabulas, *partitio*: distributio legum Mosaicarum in morales, ceremoniales & forenses, *divisio* est. *Suscipitur]* Sive à poëtis, sive à philosophis, sive ab oratoribus, sive à concionatoribus. *Aliter]* Nempe *συλλογιστικῶς* seu *ἀπολογητικῶς*: de qua tractatione hæc extant axiomata apud Aristot. lib. 6. *Topic. cap. 6*. In quo totum est, in illo oportet & partes esse: In quibus partes sunt, & totum necesse est inesse: Si partium vel una delit, totum non est: at contra non sequitur, Si totum non sit, nullam partem esse.

*Quintia formosa]* Enthymema est: *Quintia* deest una pars formæ, nempe *venustas*: Ergo *Quintia* nō est tota formosa. Argumentum est à parte ad totum: *Consequentia* valet per axioma tertium. Notandum, è singulis caularum generibus *distributionem* esse posse. Ex efficiente: ut, *Philosophia* scripta est partim à Platone, partim ab Aristotele. *Ecclesia Corinthiorum* collecta est partim per Paulum, partim per Apollo. Ex materia: ut, *Vasa templi Salomonici*, alia erant ex auro, alia ex argento, alia ex ære, &c. Ex forma: *Vasorum* alia rotunda, alia quadrata, &c. Ex fine est illa *Pythagorea* distributio, quinta *Tulculana*, Græcorum ad ludos *Olympicos* convenientium: quorum alii veniebant gratia gloriæ, alii gratia pecuniæ, alii gratia scientiæ.

## CAP. 27. DE DISTRIBUTIONE

*ex effectis, ubi de genere & specie.*

*Distributio ex effectis*, est quando partes sunt effecta: ut, in navi nautæ alii malos scandunt, alii per foros curstant, alii sentinā exhauriunt, gubernator aut clavū tenet in puppi. *Distributio generis in species* hîc excellit. *Genus*, est totum partib. *essentiale*: *Species*, est pars generis. Sic *ani*

mal gen<sup>o</sup> hominis & bestia dicimus. Animal .n. est totū, cui<sup>9</sup> essentia, nēpe substātia corporea, animata, sentiēs, ad bestia & hominē cōmuniter attinet. Sic dicimus hominē & bestiam species animalis, quia partes sunt animali subjecta, quæ animalis essentiam comunē habent. "Sic dicimus, hominem, genus hominum singulorū: & leonem, singulorū leonum: contrā verō singulos homines, species hominis: singulos leones, leonis. Gen<sup>o</sup>, est generalissimū, aut subalternū: Species, subalterna aut specialissima. Genus generalissimum, cuius nullum est genus: ut in Logica inventionē, argumentum est genus generalissimum artificialium & inartificialium.

"Subalternum genus, ut subalterna itē species, quod species hujus, illius autem genus est: ut causa, species est argumenti absolutē consentanei, genus materiae & formae. Species specialissima, quæ est individua in species alias, ut materia & forma singulares. Genus verō & species notæ sunt causarum & effectorum: ut in animali est essentia corporea, quæ materia est ad species cōmuniter attinens: tum facultas vitæ & sensus, quæ forma item cōmuniter ad species spectat. Quare genus continet causas, quæ communiter ad ipsius species attinēt: contrā itaque etiam species effecta generis sui continent. Hinc universale est insigne ac præstabile, quia causam declarat. Distributio generis in species valde quidem excellit, sed difficilis est & rara inventu.

Atta-

Attamen illustrationis & exempli gratia afferemus, quod poterimus. Ovid. i. Metamorph. "dividit animal in quinque species, stellas, aves, bestias, pisces, homines: stellis animam tribuit, ut etiam philosophi tribuere:

*Neu regio foret ulla suis animalibus orba,  
Astra tenent caeleste solum formaq<sub>3</sub> deorum:  
Cesserunt nitidis habitanda piscibus unda:  
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.  
Sanctius his animal mentisq<sub>3</sub> capacius alta  
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset,  
Natus homo est.*

Sic Cicer. i. Offic. Virtutem dividit in species quatuor, prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam. Sed omne, quod honestum est, ad quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in perspicientia veri solertiaque versatur, aut in societate hominum tuenda, tribuendoque suum unicuique, & rerum contractarum fide, aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore, aut in omnibus quae fiunt, quaeque dicuntur, ordine & modo, in quo inest modestia & temperantia.

Distributio generis in formas specierum eadem est, quia forma cum genere constituunt suas species: ut animalium aliud loquens, aliud mutum. Genus & species non solum tractantur hac simplici divisionis formula, sed etiam separatim alterum ex altero. Pro Archia, Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii, atque haec dicendi ra-

tio aut disciplina: nec nos quidem huic cuncti studio penitus unquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinet, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Ars est genus: poëtica & eloquentia sunt species. Contra genus tractatur per species: ut 4. de Trist.

*Materiamq; tuis tristem virtutibus imple.*

*Ardua per præceps gloria vadit iter.*

*Hæc tora quis nosset, felix si Troja fuisset?*

*Publica virtutis per mala facta via est.*

*Ars tua Tiphys jacet, si non sit in æquore fluctus:*

*Si valeant homines, ars tua, Phœbe, jacet.*

*Quæ latet, inq; bonis cessat non cognita rebus,*


*Apparet virtus, arguiturq; malis.*

“Exempla igitur specialia suo generi accommodata sunt hujus loci. 7. ad Attic. Urbem tu relinquis? ergo idem si Galli venirent? Non est (inquit) in parietibus Respublica. at in aris & focis. Fecit idem Themistocles: fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat. At idem Pericles non fecit, annum ferè post quinquagesimum, cum præter mœnia nil teneret: nostri olim urbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.


*Sic dicimus hominem genus*] Et rectè. De similibus enim idem iudicium est. at similis prorsus ratio atque comparatio est hominis ad singulos homines, quæ animalis ad hominem, equum &c. Quare si animal rectè dicitur genus hominis, equi &c. parit ratione homo rectè appellatur genus singulorum hominum: & omnino quæ vulgò nominantur species specialissimæ, genera extrema sunt: quæ autem appellantur individua & singularia, ea sunt species specialissimæ. Consentit Aristoteles lib. 3. metaph.



phys. cap. 4. Ἐξάλε γὰρ ἐν τοῖς ἀτόμοις, ὅταν αἰσθῶνται : id est, *Extrema* seu ultima genera supra individua sunt, ut homo. *Ve in Logica inventionem*] Sic in divisione rerum, genus generalissimū est ens, τὸ ἔν: pro quo Latini dicunt, Res vel Aliquid. At in scholis negāt Ens esse genus decem prædicamentorum : eó quód non prædicetur de iis συνωνύμως, univocē, id est, ita ut & nomen & nominis definitionem singulis tribuat : quia tribuat solum nomen, non autem definitionem, nempe qua Ens definitur quod est per se, vel per accidens. At ego nego hanc esse Entis definitionem : quum sit ejus divisio. Ens autem esse genus decem prædicamentorū, ex eo probo, quód de singulis dicitur in quaestione *Quid est, non reciprocē*. id quod omni generi & soli & semper convenit. ut, *Quid est substantia? Est ens*. At non vicissim : Non enim omne ens, substantia est. Sic, *Quid est quantitas? Est ens*. At non vicissim. Similiter de reliquis. *Subalternum genus*] Hic notanda est nova divisio: nam subalternum genus aut intermedium est, aut infimum. Intermedium, quod inter generalissimū seu summum & infimum interjectum est: ac proinde nō solum supra se, sed etiam infra se aliud genus habet: ut corpus, animal. Infimum, quod cæteris omnibus cognatis generibus subiectum est, ac proinde nullum aliud infra se genus habet: ut homo. Notanda est & consimilis nova divisio speciei subalternæ: nam species subalterna aut intermedia est, aut summa. Intermedia, quæ inter infimum seu specialis. & summam speciem interjecta est: ac proinde nō solum infra se, sed etiam supra se aliam speciem habet: ut homo, animal, corpus. Summa species, est species subalterna, quæ est supra omnes cognatas species: ac proinde nullam supra se aliam speciem habet: ut substantia. Quo loco & illud notandum: sicut ab Aristotele decem numerantur summæ species entis, nempe decem prædicamenta, Substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, ubi, quando, situs & habitus: sic à P. Ramo decem numerari summæ species argumenti: nempe, Causam, effectum, subiectum, adjunctum, dissentanea, comparata, nomen, distributionem, definitionem, & testimonium. Verum pro vocabulo scholastico Speciei, Latini magis utuntur vocabulo generis: & eodem sensu vocant decem summa genera rerum: quare similiter appellabimus decem summa genera rationum seu argumentorum.



Vel sic:



*Individua in species*] Itaque quæ vulgo individua dicuntur nihil aliud quam species specialissimæ sunt, sic appellatæ quod dividi in alias species non possint: quæ Logica divisio est. nam Physicè dividi possunt substantiæ singulares in sua membra: ut Socrates in suum corpus & suam animam: & corpus Socratis in sua membra, quæ propriè non divisio, sed partitio dicitur, seu potius sectio, ἀνατομή. *Dividit animal*] Hæc divisio é subjectis sumpta est, videlicet é locis in quib. animalia degunt ac vivunt: nempe alia in cælo, ut stellæ: alia in aère, ut aves: alia in aqua, ut pisces: alia in terra, ut bestia & homines. *Alterum ex altero*] Hastenus de usu declarationis: sequitur de usu demonstrationis. Ad quem usum pertinent axiomata seu regulæ argumentandi tum á genere ad speciem, tum vicissim á specie ad genus: quæ extant apud Arist. lib. 2. Topic. cap. 2. Ad argumentationem á genere pertinent hæc tria. 1. Necesse est, de quibus genus dicitur, de iis specierum aliquam dici. 2. Non est necesse, quæcunque generi insunt, etiam speciei inesse. Hoc videtur ab Aristotele dici propter enunciata in quibus divisio dicitur de genere: ut animal aut rationale est aut irrationale. hæc divisio de nulla specie animalis verè dicitur: sed tantum alterum ejus membrum. Nam alias videtur speciei inesse quicquid generi inest: per axioma quod extat in Categoriis, Quando alterum de altero dicitur ut de subjecto; tum quæcunque de prædicato seu attributo dicuntur,

entur, eadem dicentur de subje&to. 3. axioma, Quæcunque generi non insunt, ea nec speciei insunt. Atque hæc tria generis axiomata sunt, jam ad argumentationem à specie pertinent ista duo. 1. Quæcunque speciei insunt, ea etiam generi insunt. intellige, Ex parte: aliàs falsum fuerit. non enim omne animal rationale est: at omnis homo rationalis est. 2. Quæcunque speciei non insunt, non necesse est generi non inesse. Atque hæc Aristotelis de genere & specie axiomata sunt: extant etiam duo apud Quintil. lib. 5. cap. 10. quæ rotunda brevitate laudem merentur: unum, Species firmâ probationem habet generis: nam quod iustitia est, utique virtus est. Alterum, Species infirmâ generis refutationem habet: nam quod non est iustitia, potest esse virtus. Hæc Quintilianus de argumentatione à specie: atque eadem brevitate comprehendi possunt duæ regulæ argumentandi à genere, illis de specie oppositæ: nempe, Genus infirmâ probationem habet speciei: nam quod virtus est, non statim iustitia est. 2. Genus firmam generis refutationem habet: nã quod non est virtus, utique nec iustitia est. Atque hæc de argumentationibus à genere ad speciem, itemque à specie ad genus: restat ut demceps aliquid dicamus de argumentationibus à specie ad speciem. Primum igitur certum est, de quo species affirmatur, de eo negari speciem diversam: ut Socrates est homo: ergo nõ est equus. At non est necesse, ut de quo species aliqua negatur, de eo diversarum aliqua affirmetur: aut si aliqua affirmetur, ut affirmetur quælibet, ut non sequitur, Hoc quod vides; non est equus: ergo est asinus. potest enim fieri ut aut omnino non sit animal: aut si sit animal, tamen non sit asinus, sed bos aut aliud: Cùm autem necesse est specierum diversarum pluriùmve aliquam inesse: tum ab affirmatione unius ad negationem alterius vel reliquarum, itemque à negatione unius ad affirmationem alterius, aut ad affirmationem disjunctam reliquarum, item à negatione reliquarum ad affirmationem unius quæ restat; firma consequentia est. ut, Socrates valet: ergo non ægrotat: & vicissim, non ægrotat: valet igitur. Sic, Rabirius non lauit, nec fuit cum Saturnino: ergo fuit cum consulibus. Cic. pro Rabir. Atqui videmus, ait, hæc in rerum natura tria fuisse: ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere autem, mortis erat instar turpissimæ: cum Saturnino esse, furoris & sceleris: virtus & honestas & pudor cum cõs. esse cogebat. Sic Basilius libr. 1. adversus Eunomium, explicans dictum Christi, Pater major me est: concludit, patrem Christo majorem esse ut causam, tali argumentatione. Majus dicitur aut ratione causæ, aut potentia, aut dignitatis, aut molis seu quantitatis. Atqui Pater nec mole, nec potentia, nec dignitate major est Christo: quæ singula suis prosyllogismis approbat. Relinquitur

tur ergo ut major dicatur *ὅς ἀπὸς ἐ ἀρχῆς*, ut author & principium. Tali argumentatione probat Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 5. Virtutem esse habitum. Primūm ponit hanc specierum enumerationem: Virtus est necessāriō aut affectus, aut potentia, aut habitus. Deinde assumit: Atqui virtus non est affectus, nec potentia. Atque ita concludit, virtutem esse habitum. Quo loco notandum, tales argumentationes nihil aliud esse quām syllogismos disjunctos, de quibus lib. 2. infrā. *Exempla igitur specierum* [ha] Exempli vocabulum interdum factum simile significat: interdum speciem suo generi ad ipsum declarandum subjectam. Atque ejusmodi species ab authore hīc exemplum speciale appellari videtur: quanquam exemplum quod subicit, ad locum similitium potius pertinet: ducuntur enim in eo argumenta exhortationis à factis similibus. hortatur enim Pompeium Cicero, ne relinquat Romam metu adventantis Cæsaris: quia Romani urbem non deseruerint adventu Gallorum. Argumentum est ab exemplo, id est, facto simili Romanorum. Deinde fingitur Pompeius causam suam tueri exemplo, id est, simili facto Themistoclis, qui adventu Xerxis Athenas deseruit: deinde rursus Cicero opponit exempla, id est, similia facta duo: primum Periclis, qui Athenas non reliquit: secundum Romanorum, qui castra à Callis urbe, Capitolium tamen retinuerunt.

#### CAP. 28. DE DISTRIBUTIONE é subjectis.

Reliqua distributio est quodammodo consentaneorum, ut subjectorum & adjunctorum. Distributio é subjectis est, cū partes sunt subjecta, ut apud Catul.

*Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est:*

*Tertia pars matri data, pars data tertia patri:*

*Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,*

*Qui genero sua jura simul cum dote dederunt.*

Sic Cicero 5. Tuscul. "Sint enim tria genera bonorum, ut jam à laqueis Stoicorū, quib. usum me pluribus quāam soleo, intelligo, recedamus. Sint sané illa genera bonorum, dum corporis &  
externa

externa jaceant humi, & tantummodo quia sumenda sunt, appellentur bona. Alia autem divina illa longè lateque se pandant, cælumque conringant, ut ea qui adeptus sit, cur eum beatum modò & non beatissimum dixerim?

*Sunt enim tria genera*] Peripatetici distinxerunt bona in tria genera: quæ appellarunt bona animi, corporis & fortunæ. Animi, ut virtutes & scientiæ: corporis, ut sanitas, robur, pulchritudo: fortunæ, ut divitiæ, honores, amici: quas res illi, tanquã à fortuna quam deam finxerunt, darentur, sic appellarunt. Vnde perspicitur, divisionem hanc nõ esse satis logicam: quum membra non ex uno argumenti genere sumpta sint: sed duo priora è subjectis, tertium verò ex efficiente causa. Magis logica fortasse fuerit divisio hæc: Bona hominis aut interna sunt, aut externa. Interna, quæ homini in hærent: eaque aut animi, aut corporis. Externa, quæ homini adhærent, eumque quasi circumstant: ut divitiæ, honores, amici: quæ à Peripateticis bona fortunæ dicta sunt. Extat apud Platone in libro quinto de Legibus ad finem divisio, quæ cum divisione illa bonorum quam hîc Cicero attingit, eadem videri possit: sed diversa est: sumpta est enim è subjectis occupantibus seu objectis: & est divisio non bonorum, sed studiorum humanorum. Quum tria sint omnino, inquit, circa quæ universi homines studium suum collocant: ultimum ac tertium est, pecuniarum rectè collocatum studium: medium autem, corporis: primum verò, animi. Cicero lib. 1. Academ. quæst. philosophiam è subjectis occupantibus seu objectis sic dividit: Fuit jam à Platone, inquit, accepta philosophandi ratio triplex: una de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis: tertia de differendo quid verum, quid falsum, quid rectum in oratione pravumque, quid consentiens. Hæc Cicero. E subjectis recipientibus dividitur febris ad hunc modum, ut alia dicatur esse in spiritibus, cordis, alia in humoribus, alia in solidis partibus seu in ipsa substantia cordis. prima appellatur ephemera, quia ferè diem tantum durat: altera putrida, propter humoris putredinem: tertia hæctica, quasi dicas habitualis, eò quòd ita penitus infederit & quasi radices in corde egerit, ut evelli aut profligari vix possit. E subjectis item recipientibus est divisio illa virtutum in Ethicis Aristotelis, qua distinguuntur in ὀρεξιῶδες & ἀκροθιῶδες: quarum illæ in appetitu, hæc in intellectu in hærent.

CAP. 29. DE DISTRIBUTIONE  
ex adjunctis.

"Distributio ex adjunctis est, quando partes sunt adjuncta: ut hominum alii sani, alii ægri, alii divites, alii pauperes. Sic Virgil. i. Georgic. mundum dividit in quinque partes, mediã torridam, duas extremas frigidas, & reliquas duas temperatas:

*Quinq<sup>3</sup> tenent calum zona, quarum una corusco  
Semper sole rubens, & torrida semper abigni:  
Quam circum extrema dextra levag<sup>3</sup> trahuntur,  
Cerulea glacie concreta, atq<sup>3</sup> imbribus atris:  
Has inter mediamq<sup>3</sup> dua mortalibus ægris  
Munere concessa divum.----*

Cæsar i. belli Gal. Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.

*Distributio ex adjunctis*] Vulgo vocatur divisio subjecti in accidentia. Hujus generis est divisio illa peccati in mortale & veniale. Mortale autem peccatum hinc nominatur (ut intelligitur ex ant thesi) quod aliàs vocatur Irremissibile & peccatum ad mortem, eò quod mortem certissimam afferat. nam aliàs quodvis peccatum mortale dici possit, quatenus sua natura mortem meretur, juxta dictum Pauli Rom. 6, 23. Stipédia peccati, mors. Mortale igitur peccatum dicitur, cui nulla unquam contingit venia: Veniale, cui venia contingit. De utroque vide Matth. 12, vers. 31 & 32.

APPENDIX AD LOCUM DISTRIBUTIONIS.

QUUM ad bene differendum & hoc pertinere videatur, ut vocabulorum ambiguum significationes diligenter distinguantur: ne nobis eveniat ut de cepis (quemadmodum in proverbio est) interrogati, de aliis respondeamus: utiliter præcepisse mihi videntur, qui de distinctione nominis *τοιοῦτος*, id est,

id est, ambigui, in sua significata admonuerunt. Vt autē διχολογία cōstet: sic illud distributionis genus huc assumem<sup>9</sup>, ut dicamus, distributionem esse aut nominis aut rei. Distributionem rei auctor persecutus est. Divisionis nominis exempla à quo vis observari possunt, quales sunt illæ Theologorum: Libertas alia civilis, alia spiritualis est. Sic, Mors alia corporalis, alia spiritualis est: item alia temporalis, alia æterna. Sic, cibus alius corporalis, alius spiritualis est.

## CAP. 30. DE DEFINITIONE.

Definitio est cū explicatur quid res sit, eaque vicissim definito argui potest. Definitio est perfecta aut imperfecta: illa, propriè definitio: hæc, descriptio dicitur. Definitio perfecta, est definitio constans é solis causis essentiam constituentibus: quales causæ genere & forma cōprehenduntur. Atque hoc modo definitur homo, animal rationale: nempe genere (animal) intelligimus (ut dictū est) essentiam corpoream plenā vitæ & sensus, quæ materies hominis est, & pars formæ: cum qua si addas (rationale) totam formam hominis comprehendes, vitæ, sensus, rationis facultate. Itaque perfecta definitio nihil aliud est, quàm universale symbolum causarum essentiam rei & naturam cōstituentium. Tales definitiones sunt artium: Grammatica est ars bené loquendi: Rhetorica bené dicēdi: Dialectica bené differendi: Arithmetica bené numerandi: Geometria bené metiendi.

*Eaq; vicissim definito argui potest*] Quum definitio cum definito sit reciproca, valet argumentatio & à definitione ad definitum, & vicissim à definito ad definitionem: idque tum affirmando, tum negando. Definitionis autem usus ad declarādum quidem plurimus est: ad argumentandum veró ac demonstrandū peritus. Cicero in Topicis hoc exemplum ponit: Ius civile (ait)

est equitas constituta illis qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas. Ejus autem æquitatis utilis est cognitio. Vtilis est igitur juris civilis scientia. *Genere & forma*] Definitio omnis ex duabus constat partibus, genere & differentia. Genus, est prior definitionis pars, quæ de definito prædicatur in quæstione Quid est, sed imperfectè, id est, non reciprocè: ut, Quid est homo? Est animal. Quid est justitia? Est virtus. Differentia, est posterior definitionis pars, quæ generi addita, definitionem complet & absolvit: & de definito cum genere conjuncto prædicatur in quæstione Quale est. ut, Quale animal est homo? Rationale. Qualis virtus est justitia? Suum cuique tribuens. Vocatur differentia, quia per eam species definita à cæteris speciebus differt, à quibus aliàs ratione generis non differt. Sumitur autem differentia ex variis argumentorum generibus seu locis. Interdum à forma: quæ ut omnium præstantissima, sic rarissima & inventu difficillima est: ut, Homo est animal rationale. Interdum à fine: ut Musica est ars canendi, Arithmetica est ars numerandi. Similiter definiuntur artes reliquæ. Interdum à subjecto: ut Febris est calor præter naturam, accensus in corde. Interdum ab adjuncto: ut magnes est lapis trahens ferrum. Homo, est animal risibile: item, capax disciplinæ: item, præditum facultate loquendi: item, incedens erecto corpore. Interdum ab adjunctis pluribus: ut Ignis est elementum calidum & siccum: aër est elementum calidum & humidum, &c. Relata definiuntur per conrelata: ut pater est qui habet liberos: maritus, qui habet uxorem: præceptor, qui discipulum. Relationes definiuntur per utrumque relatum: ut conjugium est mariti & uxoris mutua obligatio ad procreandum liberos & adjuvandum: Emptio est pretii pro merce promissio: Venditio est mercis pro pretio promissio: Peccatum est actionis discrepantia à lege.

Porrò modi definiendi duo sunt: vel enim definitio conficitur per genus summum & differentias generales ordine contextas unâ cum specificâ: vel per genus proximum & differentiam specificam. Exemplum prioris: Homo est substantia corporea, animata, sentiens, rationalis. Exemplum posterioris: Homo est animal rationale. Hic perspicitur, per priorem modum qui laboriosior est, veniri ad posteriorem, nam genus summum unâ cum differentiis generalibus usque ad specificam, est definitio generis proximi: itaque pro definitione nomen assumitur, ut proluxa definitio in brevem & succinctam contrahatur. Invenitur autem tum genus proximum, tum differentia ultima, id est, tota definitio, instrumento divisionis: incipiendo à genere summo, & ordine progrediendo ad speciem definiendam. Itaque primò omnium considerandû, in quo nam ea res quam definire instituis, prædicamento seu summo rerum genere sit: deinde



deinde per divisionem ordine procedendum. ut, Homo in quo prædicamento? Substantiæ. Homo enim est substantia quadam. Sed angelus etiam est substantia: quomodo igitur homo ab angelo differt? Divide genus: & reperies. Substantia igitur est vel corporea, vel incorporea. Angelus incorporea substantia est: ac homo corporea. Sed lapis est etiã substantia corporea: quomodo igitur homo à lapide differt? Divide rursus: & videbis. Substantia corporea igitur est vel animata, vel inanimata. Lapis inanimatus est: ac homo animatus. Sed arbores etiam animatæ sunt: quomodo igitur homo differt ab arboribus? Divide rursus: Corpus animatum est aut sentiens, aut non sentiens. Arbores non sentiunt: homo sentit. Sed equus etiam sentit: quomodo igitur homo differt ab equo? Divide rursus: Ea quæ sentiunt, id est animalia, aut ratione prædita sunt, aut ratione carent. Equus ratione caret: homo autē ratione præditus est. Iam quære, sine animal aliud præter hominem ratione præditum, à quo homo discernendus sit. Nullum reperies. Reperisti igitur hominis definitionem, id est, orationem qua & declaratur quid homo sit, & quomodo à cæteris rebus omnibus differat. Sic proponatur ad definiendū iustitia. Iustitia in quo prædicamento? Qualitatis. Iustitia enim est qualitas quædam. Sed color etiam est qualitas. Verum: sed passibilis: iustitia autem est habitus. At ars equirandi etiam est habitus. Verum: sed hærens in corpore: iustitia autem in anima. At sapientia etiam hæret in anima. Verū: sed in intellectu: iustitia autē in appetitu. At iniustitia etiam hæret in appetitu. Verum: sed est vitium: iustitia autem est virtus. At fortitudo etiam est virtus. Verum: sed circa eas res quæ terrorem nobis incutiunt: iustitia autem circa eas quæ alteri tribuendæ sunt. Estne ulla alia virtus quæ circa hæc res versetur? Nulla. Differt igitur iustitia hoc objecto à cæteris virtutibus omnibus: ac proinde invenisti iustitiæ definitionem, quod iustitia sit virtus suum cuique tribuens.

### CAP. 31. DE DESCRIPTIONE.

Descriptio est definitio ex aliis etiam argumentis rem definiens: ut, Homo est animal mortale, capax disciplinæ. Hic cū aliqua causa miscetur communis, itemque propria circumstantia. Atque hæc succincta brevitatis nō est in hac specie perpetua, sed sæpe illustriorem & magnificentiorem explicationem desiderat. Sic gloria

describitur in Miloniana: Sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium, gloriam: hanc unam, quæ brevitatē vitæ, posteritatis memoria consolaretur, quæ efficeret ut absentes adessemus, mortui viveremus: hanc denique esse, cujus gradibus etiam homines in cælum videantur ascendere. Sic 4. Æneid. fama describitur:

*Exempló Libya magnas it fama per urbes,  
 Fama malum, quo non aliud velocius ullum:  
 Mobilitate viget, viresque acquirit eundo:  
 Parva metu primo, mox sese attollit in auras,  
 Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.  
 Illam terra parens ira irritata Deorum  
 Extremã (ut perhibēt) Cæo Enceladog, sororem  
 Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:  
 Monstrum horrendum, ingēs, cui quot sunt corpore pluma,  
 Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)  
 Tot lingua, totidem ora sonant, tot subrigit aures:  
 Nocte volat cali medio, terraq, per umbram  
 Stridens, nec dulci declinat lumina somno:  
 Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,  
 Turribus aut altis, & magnas territat urbes:  
 Tam ficti pravi que tenax, quám nuntia veri.*

Tales sunt descriptiones plantarum, animalium, in Phycis: item fluminum, montium, urbium in Geographis & historicis.

Nihil in hoc capite video quod vel illustrationis vel castigationis indigeat. Itaque tantum aliquot exempla descriptionum annotabo e sacris literis. Exod. 34, vers. 6 & 7. describitur Deus partim ab adjunctis, partim ab effectis. Iehova Iehova, Deus fortis, misericors & gratosus: longanimis, & multus benignitate ac fide: custodiens benignitatem millibus: condonans iniquitatem & defectionem & peccatum: qui ullo pacto non absolvit fontem: visitans iniquitatem patrum in filios & in filios filiorum, in nepotes & abnepotes. Sic Psal. 15. describitur vir pius ex effectis: Qui ambulat integré, exercetque justitiam: ac loquitur veritatem, prout est in animo suo. Non obreecat lingua sua, non afficit proximum suum malo: & opprobrium non inferat in propinquum suum. In cuius oculis contemptus est reprobis, timentes veró Iehovæ honorat: Iuratus in damnum suum, non tamen mutat. Pecuniam suam non exponit sœnori, & munus pro innocente non accipit. Sic Proverb. ult. describitur industria seu strenua mater familiars, ex effectis plurimis, partim etiam ex adjunctis. Fœminam strenuam quis inveniet, quum longé superet carbunculos pretiũ ejus? Cõfidit ei animus mariti ejus, & spolia non deficiunt. Afficit eum bono, non aut malo, omnibus diebus vitæ suæ. Quærit lanã aut lina, conficitq; pro voluntate manuũ suarũ. Est similis navib. negotiatoriis: e longinquo advehit cibũ suum. Et surgens dũ adhuc nox est, dat escam domui suæ, & pensum puellis suis. Cogitat agrũ, & accipit eum: de fructu manuum suarũ plantat vineam. Accingit robore lumbos suos, & cõfirmat brachia sua. Ipsiis gustantis, bonũ esse mercimonium suum, non extinguitur noctu lucerna. Manus suas immittit ad verticulum, & manus ejus tenent fusum. Volam suam pandit pauperi, & manus suas extendit egenti. Non timet familiæ suæ a nive: nam tota familia ipsius vestitur penulis duplicibus. Cadurca parat sibi: xylinum & purpureum, est vestimẽtum ipsius. Notus est in portis maritus ejus, confidens cum senioribus regionis. Sindonem conficit ac vendit, & cingulum quod tradit negotiatori. Robur & decor est vestitus ejus, & ridet ad tempora sequentia. Os suum aperit sapienter, & doctrina benignitatis insidet linguæ ejus. Speculatur rationes familiæ suæ, cibumque pigritiæ non comedit. Assurgentes filii ejus, beatam prædicant eam: maritus ejus similiter laudat eam, dicens, Multæ fœminæ fecerunt strenuæ: tu veró superas omnes illas.

## CAP. 32. DE TESTIMONIO

*divino.*

°Exposito artificiali argumento, sequitur in-

artificiale. Argumentum inartificiale est, quod nō sua natura, sed assumpta artificialis alicujus argumēti vi arguit. Itaque cūm exquisita rerum veritas subtili<sup>r</sup> exquiritur, per exiguā vim probationis habet: "In civilibus autem & humanis rebus plerumque hoc argumētum præcipuam fidem ē moribus arguentis efficit, si prudentia, virtus & benevolentia adfuerint. Id uno nomine testimonium dicitur: estque divinum vel humanum. In divinis testimoniis numerantur non solum "Deorū oracula, sed etiā" responsa vatum & fatidicorum: quæ omnia 3. Catilin. adhibentur. "Nam ut illa omittam (ait Orator) visas nocturno tempore ab occidentē faces, ardoremque cæli, ut fulminum jactus, ut terrę motus, ceteraque, quæ ita multa nobis Consulibus facta sunt, ut hæc, quæ nunc fiunt, canere Dii immortales viderentur. Deinde paulo post, Quo quidem tempore, cūm Aruspices ex tota Hetruria convenissent, cædes atque incendia, & legum interitum, & bellum civile ac domesticum, & totius urbis ac imperii occasum appropinquare dixerunt, nisi Dii immortales omni ratione placati, suo numine propè fata illa flexissent. Tãdem cūm dixisset ut ex Aruspicum respōsis ludi facti & Iovis signum majus factum conversumque ad orientem, tum ait, Illud verò, nonne ita præfens est, ut nutu Iovis optimi maximi factū esse videatur? ut cūm hodierno mane per forū meo jussu & conjurati & eorum indices in adē Con-

cordiæ

cordiē ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur, quo collocato atque ad vos Senatūque cōverso, omnia & Senatus & vos (quæ erāt contra salutem omnium cogitata) illustrata & patefacta vidistis. Brevius est illud Tibulli,

*Quòd si vera canunt sacris oracula templis,*

*Hac illi nostro nomine dicta refer:*

*Hoc tibi conjugium promittit Delius ipse*

*Fœlix, ac alium desine velle virum.*

CAP. 33. DE TESTIMONIO  
*humano legis & sententiæ.*

Testimonium humanum est commune aut proprium: commune ut lex & illustris sententiæ: legis autē & non scriptæ & scriptæ testimonium est pro Milone. Est enim (judices) nō scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verū ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, nō instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorū incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Et ibidem, Quòd si duodecim tabulæ nocturnū furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impuné voluerunt, quis est, qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet, cū videat aliquando gladium nobis ad occidēdum hominem, ab ipsis porrigi legibus? Sententiæ illustres sunt Proverbia: ut, Pares cum paribus fa-

cillimé congregantur. Spártam nactus es, hanc exorna. Sunt ité dicta sapientú, Nosce teipsum. Ne quid nimis. Sponde, præsto est detrimentú. Proprium testimonium est, ut Platonis illud, 1. ad Quintum Fratrem: Atque ille quidem princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Respublicas putavit, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Talia sunt in poëtis. 6. Æneid.

*Discite justitiam, moniti: Et ne temnite divos.*

Sic Homericó illo versú:

*Αἶας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγειν δυοκαίδεκα νῆας.*

*Ajax autem ex Salamine duxit duodecim naves.*

Megarenles victi sunt ab Atheniensibus. Vivorum testimonia sunt, non tantúm cùm quaeritur de fundo aut cæde & ejusmodi negotio aliquo, sed etiam obligationis, confessionis, jurisjurandi testimonia sunt. Obligationis exemplú est 5. Phil. Audebo etiam obligare fidem meam (P. C.) vobis populoque Romano, quod profectó, cùm me nulla vis cogeret, facere non auderé, pertimesceremque in re maximé periculosa opinionem temeritatis: promitto, recipio, spondeo, (P. C.) Cæsarem talem semper fore civem, qualis hodie fit, qualemque eum maximé velle & optare debemus. Pignus autem obligatio quædam est, ut apud Virgil. Eclog. 3.

*Vis ergo in* ..... *possit uterque, vicissim*

*Expe-*

*Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuses,  
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere foetus)*

*Depono: tu dic mecum quo pignore certes.*

Confessio est libera vel expressa tormentis, quæ propriè quæstio dicitur. Tale fuit argumentum contra Milonem, quod à Cicerone deridetur. Age verò, quæ erat aut qualis quæstio? Heus, ubi Rufcio? ubi Casca? Clodius insidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux. Nullas fecit. Sperata libertas. Huc etiã referri potest argumentũ, quo utimur, cùm affirmationis nostræ approbationẽ & experienciã proponimus. 4. Ver. Ecquis Volcatio, si sua spõte venisset, unam libellam dedisset? Veniat nunc, experiatur: tecto recipiet nemo. Ter. Eunuch.

*Fac periculum in literis,*

*Fac in palastra, fac in musicis, qua liberum*

*Scire equum est adolescentem, solertem dabo.*

3. Trist.

*Quod magis ut liqueat, neve hoc ego fingere credar:*

*Ipse velim pœnas experiare meas.*

Iusjurandum etiam testimonium est: quale est 6. Æneid.

*Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,*

*Invitus, regina, tuo de littore cessi.*

Reciprocatio hîc obscurior est, ut quia testatum verum sit, testis sit etiam verax.

*Expósito artificiali]* Suprà in caput 2. admonuimus: divisionem hanc argumenti, commodioribus verbis à Cicerone nobis videti traditam: qui in Partitionibus oratoriis argumentũ dividit

in insitum & assumptum. Haftenus igitur de insitis : sequitur de assumptis : quod genus argumentorum uno nomine testimonium dicitur.

Nos hunc locum pauló accuratiús persequemur : eó quód maximus illius in sacra Theologia usus sit. Theologi enim est, quicquid docet, testimoniis divinis sacrarum literarum confirmare. Et sicut ille Iurisconsultus agebat, Erubescimus sine lege loqui : sic méritó Theologus erubescat sine Scriptura loqui. Testimonium igitur est argumentum extrinsecus ad quæstionis conjunctæ veritatem demonstrandam assumptum. Ex qua definitione perspicitur : testimonii usum non esse ut cæterorum argumentorum, duplicem : videlicet partim ad declarandam quæstionem simplicem, partim ad demonstrandum quæstionem conjunctam : sed unicum hunc posteriorem usum in testimonio locum habere. Testimoniis enim nihil aliud agimus, quam ut veritatem dictorum confirmemus.

Porró testimonium quatuor modis dividi potest : nimirum à forma, ab efficiente, à subjectis, & ab adjunctis. Primúm igitur à forma, testimonium omne aut verbis continetur aut factis. Verba autem quibus testimonium continetur, aut pronunciata sunt aut scripta. Deus primis mundi temporibus loquutus est cum sanctis hominibus, loquendoque testatus de sua erga ipsos omnesque pios voluntate : quæ verba postea literis (quas inde sacras dicimus) mandata sunt. Ad scripta testimonia etiam pertinent leges humanæ, senatus consulta, magistratuum edicta, syngraphæ, apochæ : item libri philosophorum, oratorum, poëtarum, historicorum. Ad testimonia quæ factis continentur, pertinent hæc exempla. Actor. 14, 17. ait Paulus ad Lytrensenses : Quanquam non passus est (Deus) se esse expertem testimonii, nobis benefaciendo : dans nobis calidus pluvias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Roman. 1, 18. Palam est ira Dei é cælo adversus omnem impietatem & injustitiam hominum, qui veritatem injusté detinent : quoniam id quod de Deo cognosci potest, manifestum est in ipsis : Deus enim eis manifestum fecit : Ipsius enim invisibilia, dum ex rebus conditis intelliguntur, ex creatione mundi perspiciuntur, æterna videlicet ejus tum potentia tum divinitas : ad hoc ut sint ipsi inexcusabiles. Huc pertinent pœnæ divinæ quibus inde ab initio mundi genus humanum propter scelera afflictum fuit : ut diluvium, excidium Sodomiticum, excidiu Hierosolymorum, &c. Illis enim pœnis Deus suum adversus peccata odium testatum hominibus facere voluit. Huc pertinent & ethnicorum auguria aliæque superstitiosæ divinationes : persuaserunt enim sibi superstitiosi homines, Deum suam de rebus gerendis voluntatem, aut gestorum memoriam, aut eveniendorum prævisionem testari certis factis quæ vani homines confinxerunt :

ut pœ



ut per avium volatum, garritum aut pastum, similesque nugas. Hinc illud Virg. Eclog. 1. *Sape sinistra cava pradixit ab iuce cornix.* Hoc genus testimonii quū irrississet P. Claudius, divinitus ideo punitus esse à Cicerone traditur lib. 2. de Nat. deor. Nihil nos, inquit Lucilius, P. Claudii bello Punico primo temeritas movebit? qui etiā per jocū deos irridens, quum cavea liberati pulli nō palcerentur: mergi eos in aquam iussit, ut biberent, quoniam esse noilent. Qui risus classē devicta multas ipsi lachrymas, magnam populo Rom. cladem attulit. Hæc Cicero. Hujus loci sunt & gestus. Et si enim gestus ad locum effectorum referri possunt, quatenus ab iis arguitur animi affectio: tamen quum gestibus quasi loquantur homines: (certè prout diversa loquuntur ac sentiunt, aut saltè sentire videri volūt, diversos etiā gestus adhibēt) non incōmodè etiam hīc eis locus datur. Sic vultus iracundus testatur animū iratū, vultus blandus animū benevolū: Nec vultus iracundus semper animi irati, aut blandus benevolū effectum est: quum ira & benevolentia aliique animi affectus sæpe vultu simulentur: ita ut huiusmodi testimonia in hominibus fallacia sint. unde illud apud Virgil. de Ænealib. 4. Æne. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Hujus loci sunt etiam ritus & ceremonia. Sic donatione annuli in sponsalibus testatur sponsus, se suam obligare sponsæ fidem: & sponsa, illius acceptione testatur, se quoque: ut fidē obligare sponso: unde is annulus vocatur Germanis *Travvring*, quasi dicas, fidei annulus: id est, testans de fide à sponso & sponsa ultro citroque data. Sic datur & fidēs porrectione manus: (quod Germani vocāt, *die Handtruvv*) id est, fit promissio, quæ testatur de voluntate promittentis. Sic traditione glebæ traditur alicujus agri proprietas seu dominium: hoc est, is qui glebam alteri tradit, hoc ipso ritu seu ceremonia testatur suam de suo agro voluntatem, quod scilicet eum alteri tradere & relinquere velit, ut is posthac illius dominus sit. Sic erectione trium digitorum fit jusjurandum. Sic porrectione seu potius elevatione manuum ferebant veteres Græci suffragia; id est, testabantur suam de aliquo in magistratum eligendo voluntatem: qui ritus inde Græcis *χερσπολία* dictus est, id est, manuum extensio seu (ut Cicero vocat) porrectio. Apud Romanos verò duobus aliis modis suffragia ferebant, videlicet viva voce aut tabellis in quibus suā sententiam scribebant: quem utrumque modum Cicero notat *Aggrar.* 2. Sic Apostoli ministros Ecclesiæ ordinabāt manuum impositione: imponentes nimirum manus eorum capitibus, eaque ceremonia testantes, se eum quem initiabant, offerre Deo in ministerium: sicut olim in V. T. offerebantur ad sacrificium & consecrabantur à sacerdotibus pecudes antè quàm mactarentur. Huc tota lex Moſis ceremonialis pertinet: Illis enim ceremoniis, præcipuè sacrificiis & sacramentis, Deus suam erga

populum voluntatem & suum de vero sui cultu iudicium atque sententiam testatus est: populus autem vicissim suam in Dei promissiones fidem, suamque erga ejus mandata obedientiam eidem ceremoniis testatus est. Huc pertinent & sacramenta novi testamenti. Huc etiam reduci possunt eæ ipsæ res quæ in ceremoniis ad testandum adhibentur: ut pignora, ut ipse annulus sponsalitiis, ut nummus quem heræ ancillis dant quum eas cōducunt: qui nummus vocatur *Gott:pfenning*, quasi dicas Dei nūmus, quasi Deus testis invocatus sit quum daretur. Atque hæc de testimoniis quæ facta constant: de quibus & hoc observandum, rarò ea nuda reperiri, sed plerunque cum verbis conjuncta. Sic Zeno manu demonstrare solebat, quid inter Dialecticam & Rhetoricam interesset. Nam quum compresserat digitos, pugnumque fecerat: Dialecticam æjebat ejusmodi esse. Quum autem diduxerat, & manum dilataverat: palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Cic. in Oratore. Ita Lycurgus Lacedæmoniorum legislator facta demonstravit, quantam esse vim judicaret educationis puerorum. Duos enim canes eadem matre natos, sed quorum alter ad venatum, alter ad delicias educatus fuerat, in medium forum produxit: & lepore atque olla carniū plena illis proposita, utrumque é vinculis dimisit: ubi evestigio alter in ollam insiliit, alter verò leporem insectatus est. Ibi tum Lycurgus orationem de vi educationis puerilis ad populum habuit. Plutarch. de puerorum educat. Hæc utriusque testimonii conjunctio in vaticiniis prophetarū frequenissima fuit. Actor. 21, 11. Agabus sumpsit zonam Pauli, & vincit sibi pedibus ac manibus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cujus est hæc zona, ita vincient in Hierusalem Iudæi, tradentque in manus gentium. Ejusmodi vaticinia plurima extant in Jeremia, non pauca in Ezechiele, nonnulla etiam in reliquis prophetis. Eadem conjunctio est in Sacramentis: sacramenta enim promissioni Evangelii annexa sunt & appensa, tanquam sigillum literis. Atque hæc de prima testimonii divisione satis dicta sint: quam ideo à forma sumptam dicimus: quia is qui testatur, quatenus testatur, vel dicit vel facit quidpiam: atque ita dicendo vel agendo testatur.

Secunda divisio sumitur à causa efficiente, id est, ab iis qui testantur. Sic testimonium aut divinum est, aut humanum. Divinum, quod deum authorem habet. Estque aut verè divinum, aut quasi divinum. Verè divinū, quod verum Deum authorem habet: estque vel immediatum, vel mediatum. Immediatum, quo Deus hominibus non per alios homines, sed modo aliquo singulari & inusitato, aliquid testatur. Quales modi narrantur in sacris literis varii: ut apparitiones Dei, factæ primis hominibus, quarum forma non indicatur; sed tantum narrantur, Deum sum iis colloquutū esse: ut cum Adamo, Heva, Caino, Noacho, &c. Item

&c. Item apparitiones angelorum : quales factæ sunt Abrahamo, Iacobo & aliis. Itē ōmnia *θεόπημπλα & μαθητικά*, id est, divinitus immittā & vaticinium continentia: qualia fuerunt Iosephi, Pharaonis & aliorū. Itē viſiones seu viſa, *ὄραματα*: qualia objecta sunt prophetis, Eliaæ, Jeremia, Ezechieli, Danieli & aliis. Item *χρηματισμοὶ*, divinum responsum seu oraculum : quale accepisse legitur Eſus, Rom. 11, 4. Magi, Matth. 2, 12. Simeon, Luc. 2, 6. Item Vrim & Thummim, per quæ respondit Deus consulentibus magistratibus in aggrendendis negotiis arduis, ut bellis: vide Exod. 28, 30. & 1. Sam. 28, 6. Itē sortes: per quas Deus testatur aut facti latentis atque occulti veritatem, aut suam de re faciēda voluntatem, sūmme de re iudicium. Prioris generis fuit fors qua patefactum est furtum Achans, Ios. 7. item qua patefacta est fuga Ionæ. Posterioris generis fuit fors qua Matthias electus est in apostolum, Act. 1. Mediatum testimoniū verē divinum, est quo Deus per suos servos, immediate à se vocatos, voluntatem suam aliis hominibus patefacit. Cujusmodi sunt quæ Deus per Prophetas & Apostolos Ecclesiæ patefecit: idque tum viva voce, tum scripto. Sic Noe jussu Dei testatus est fore diluvium. Huc pertinent scripta Prophetica & Apostolica, seu libri Prophetarum & Apostolorum. Et quidem Prophetarum testimoniorum divinitatem testatur Petrus, 2. Pet. 1. circa finem, Et habemus, inquit, firmissimum sermonem propheticum: cui recte facitis quod attendatis, velut lucernę splendenti in obscuro loco, usque dum dies illuceſcat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris. Si illud primū noveritis, nullam prophetiam scriptam sine propriae explicationis. Non enim libidine hominis aut maleficio prophetia: sed acti à Spiritu sancto, loquuti sunt sancti Dei homines. Et Paulus 2. Tim. 3, 16. Tota Scriptura, inquit, inspirata est. Hinc est, quod Apostoli, atque etiam Christus ipse, Prophetarum testimoniis frequenter usi sunt. Atque hoc testimonii genus præcipuum in Ecclesia usum habet. Hoc etiam firmissimum, idque unicum argumētum est quo doctrinę Christianę capita seu fidei Christianę articuli confirmantur. Atque hæc de testimonio verē divino. Testimonium quasi divinum, est quod sicutum aliquem deum authorem habet, vel potius ipsum diabolum: aut vero Deo falsō affingitur. Hujus generis sunt ethnicorum oracula: ut oracula Apollinis, Delphicum, Dodonæum. itē aliæ id genus superstitiones: ut auguriū, aruspicina, similesque divinationes superstitionis & testimonio divino damnatæ. Levit. 19. Atque hæc de testimonio divino. Humanum testimonium est quod hominem authorem habet: estque aut prudens aut temerarium. Prudens, quod cum ratione & iudicio conjunctum est: & est aut liberum aut expressum. Liberum testimonium est, quod quis cum iudicio, nulla vi coactus, nulla spe illectus, nullaque temeritate impulsus profert,

Expressum testimonium est quod quis cum iudicio quidem, sed aut sensu doloris adactus, aut meru incommodorum impulsus, aut commodorum spe illectus profert: ut sunt confessiones eorum qui in tormentis, quum quæstio de ipsis habetur, aliquid confitentur: item quæ homines confitentur moti minis aut promissis. Temerarium testimonium est quod quis sine iudicio aut consilio, naturæ quodam impulsu profert: ut sunt ea quæ dicuntur à perturbatis, à fatuis, ab ebriis, à dormientibus, à parvis pueris. Atque hæc secunda testimonii divisio est.

Tertia divisio sumitur ab objectis seu occupantibus. Subjectis: qua ratione testimonium aut promissio est, aut confessio. Promissio (sub qua continetur & comminatio) est testimonium de testantis voluntate. Hujus generis sunt Evangelium & Sacramenta. Confessio, est testimonium de testantis mente: & est aut iudicii, aut memoriæ. Cōfessio iudicii est qua quis indicat suum de re iudicium. Cōfessio memoriæ est qua quis exportit quod se vidisse, audivisse, aliòve sensu percepisse meminit. unde testes alii oculati, alii auriti nominantur. Notum est enim illud É Plauti Truculento, Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decé. Sub confessione iudicii continentur leges, proverbia, dicta sapientum, apophthegmata prudentum, placita philosophorum, præceptiones seu regulæ artiù: item supplicia martyrum. Sub confessione memoriæ continentur omnia testimonia de facto aut re alia sensu percepta. Hujus igitur generis sunt testimonia Apostolorum de Christi dictis, factis, afflictionibus. Atque hæc tertia testimonii divisio est.

Quarta & postrema sumitur ab adjuncto quodam, nempe à circumstantia iurisjurandi. Testimonium enim aut est cum iurejurando, aut sine iurejurando. Iurisjurandi exempla extant, Genes. 9 & 22. Esa. 54. Ezech. 16 & 33. Hebr. 6.

Atque hæc testimonii divisiones sunt: restat ut consideremus, quam singula in argumentando vim atque auctoritatem habeant. Tradimus igitur hæc axiomata. I. Quicquid Deus testatur, id verum esse necesse est. nam testimonii divini indubitata & irrefragabilis est auctoritas. Deus enim est ἀψευδής, qui mentiri ac fallere non potest, quippe quum sit ipsa veritas. Itaque hoc principium principiorum est & axioma summum. Hanc testimonii divini auctoritatem exaggerat & commendat Apostolus Hebr. 6, vers. 17 & 18. Hæc autem omnia de Deo vero & testimonio verè divino intelligenda sunt. nam dii qui apud ethnicos oracula ediderunt, non fuerunt dii, sed diaboli. Vnde oracula ista erant λογὰ καὶ ἐπαμφοτέρωθεν, obliqua (id est, flexiloqua) & quæ quis in utramque partem interpretari possit. Cujusmodi est illud, Aio, te Æacida Romanos vincere posse. hic enim dubium est, Æacidésne Romanos, an Romani Æacidé vincere possint. Tale est & illud Cræso respōsum, Κροῖσος ἂν ἴναι διαβάς, μετὰ τὸν δού-

*καμιν κατ' αλύσει* : id est, Cræsus Halyn penetrans, magnâ dissolventium vim. hic enim dubium est, hostiumne an suam ipsius potentiam Cræsus dissoluturus sit.

II. Quod homo testatur, quatenus homo, præsertim si testetur de rebus divinis & ad hominis salutem æternam pertinentibus, id propterea verum esse necesse non est : quia omnis homo mendax. Quare non sequitur, si de doctrina Christiana quæstio sit ; Augustinus aut Cyprianus aut alius patrum hoc dixit : Ergo verum est. Potuerunt enim illi, quum homines fuerint, nec immediatè à Deo ad docendum vocati, errare. Dixi autem in axioma, Quatenus homo, propter eos qui testantur non ut homines, id est ex seipsis ; sed ut servi Dei, immediatè à Deo ad testandum vocati. Hinc Prophetæ in vaticinia & conciones suas sic præstantur, Verbum Domini factum est ad me. Item, Sic dicit Dominus. Deinde dixi, Non propterea, id est propter testimonium hominis : quia propter aliam causam potest esse necessariò verum, nempe propter testimonium divinum. Observandum est autem hoc axioma contra Pontificios, qui subinde argumenta ducunt ab autoritate sanctorum patrum, id est scriptorum Ecclesiasticorum qui sacras literas interpretati sunt & commentarios de doctrina Christiana scripserunt : ut fuerunt Tertullianus, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Cyprianus, Irenæus, Cyrillus, Chrysoströmus, &c. Sic hodie multi si non verbis & expressè, certè re ipsa & in animo suo argumentantur ab autoritate Lutheri in controversia de cœna Domini. Sed hæc dicta Cypriani & Augustini atque Hieronymi, cõtra hominum in Ecclesiæ doctrina autoritatem observanda sunt. Sic olim Pythagoræi argumentabantur ab autoritate præceptoris sui Pythagoræ : qua de re Cicero lib. i. de nat. deor. sic scribit : Non tam, inquit, authores in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt. quin etiam obest plerunque iis qui discere volunt, autoritas eorum qui se docere profitentur. desinunt enim suum iudicium adhibere : id habent ratum quod ab eo quem probant, iudicatum vident. Nec verò probare soleo id, quod de Pythagoræis accepimus : quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, quum ex eis quæreretur, quare ita esset, respondere soliros, Ipse dixit. Ipse autem, erat Pythagoras. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret autoritas. Hæc Cicero. Rectiùs Pythagoræis Horatius in Arte poët. quum ait : *Nullius in verba iurare in verba magistri.*

III. Quod vir bonus de re sensu percepta testatur, maximè verò quod homo pius : id verum esse probabile est.

III. Quod homo malus ac impius, maximè si futilis sit, de re sensu percepta testatur : id verum esse, probabile non est.

V. Quod se iudicare testantur aut omnes homines, aut plerique, aut sapientes, aut experti : id in rebus quidem humanis ac

naturalibus, in se habere probabile est. Atque sic feré Aristoteles *τὸ ἐπιδοξοῦν*, id est probabile, definit lib. 1. Top. cap. 1. Hinc & illud, Artifici in sua arte credendum. Hinc Plato conductores sacræ aræ, modum & formam ejus, secum sermone conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire iussit: ait Valer. Max. lib. 8. cap. 13. Sic Q. Scævola Iurifconsultus quotiescunque de jure prætorio consulēbatur: ad Furiū & Castellium, quæ huic scientiæ dediti erant, consultores rejiciebat: ait idem ibid. Sic Apelles pictor nobilissimus quum a futore reprehensus esset, quod in crepidis Veneris una intus pauciores fecisset ansas, vitium illud emendavit. Sed quum postero die idem ille futor superbè ob emendationē pristinæ admonitionis cavillaretur circa crus: indignatus Apelles prospexit (post tabulam enim larens auscultabat) denunciavitque, ne supra crepidam futor judicaret. quod & ipsum in proverbium venit. Plin. libr. 35, cap. 10. Et Valerius Max. paucis attingit loco allegato. Huic simillimum est quod refert (teste Erasmo in adagio, Ne futor ultra crepidam) Athenæus. Stratonicus citharædus fabro secum de musica contēdenti, Non sentis, inquit, te ultra malleū loqui? Eodē pertinet quod Plinii nepos in epistolis scripsit: de artificio non rectè judicare quenquam, nisi & ipsum artificem: quodque primo Ethicorum libro dixit Aristoteles; earum rerum unumquemque judicem esse idoneum quarum sit eruditus: & quod idem scripsit lib. 2. physicor. cæcum disputare de coloribus. Quæ verba etiam in proverbium abierunt, quoties quispiam de rebus ignotis disputat. Ad eandem sententiam referendum, quod ait Fabius pictor apud Quintilianum: felices futuras artes, si soli artifices de iis judicarent. Hæc Erasmus loco citato.

VI. Quod quis aut vi coactus, aut minis impulsus, aut promissis illectus testatur, id verum esse probabile non est.

VII. Quod testatur pueri & ebrii & fatui, probabile est: Hinc proverbium Germanicum, *Kind, narren, und volle leut, sagen gern die vvarheit*. Et de ebriis dicitur proverbio Latino, In vino veritas. item, Quod cogitat sobrius, loquitur ebrius. Cum quo consentit illud Horatii, de ebrietate inter alia dicentis, Opera recludit. Et Cicero in Topicis ait: Pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania, ejus generis sunt ex quibus sæpissime verum auditur.

Atque hæc nostra de testimonii loco sententia est: deinceps annotemus quæ ad textum illustrandum aut etiam castigandum pertinent. *Sed assumpta*] Videtur author alludere ad appellationem Ciceronis, qui quæ ab Aristotele *ἀνθρώπινα*, id est inartificialia, argumenta dicta sunt, assumpta nominat. Verum Cicero non ideo assumpta vocat, quod vim alicujus artificialis argumenti assumant: sed quod ipsa extrinsecus ad quæstionem explicandam assumantur, non autem ex ipsa quæstione eruantur: sicut

instita.

inſita. *Perexiguam vim probationis habet*] Hoc non eſt verum κατὰ πᾶσις, id eſt, de omni teſtimonio. nam teſtimonium verè divinum, probationis vim habet maximam. *In civilibus*] Vt in cauſis judicialibus & foſenſibus, quum quæſtio eſt de factò, an ſcilicet reus hoc vel illud fecerit aut dixerit. Item in deliberationibus & conſiliis, quum quæritur, quid agendum ſit. *S; prudentia, virtus, benevolentia*] Hæc diſtinguenda ſunt. nam quum quæſtio eſt de factò, ſpectatur propriè virtus ſeu probitas atque integritas: prudentiæ non admodum ratio habetur: benevolentia autem etiam teſtimonii authoritatem minuit, ſi de ſcelere amici aut ejus cui bene cupis, teſtimonium dicere debeas. *In conſiliis verò ſpectatur tum prudentia, tum benevolentia. Quid autem in teſtimonio ſpectatur, ſi quæſtio ſit de rerum natura?* Tum ſpectatur teſtantis ingenium & eruditio. Hinc Cicero Platonem philoſophorum deum vocat: item divinum. *Eſtque divinum vel hum.*] Diviſio ſumpta eſt è cauſis efficientibus. nam divinum appellatur quod deum: humanum quod hominè authorum habet. *Deorum oracula*] Apud Chriſtianos autem Dei veri oracula, in ſacris literis deſcripta. Oraculū eſt ore Dei pronuntiata vox. *Reſponſa vatum*] Chriſtianorum vates prophetæ appellantur Græco nomine, quòd futura prædicant: ab inuſitato verbo πρόφημι, prædico. Similiter apud Latinos Vates dictus videtur quaſi Fates, à ſando. Fatidicus autem, qui fata & decreta deorum interpretatur. *Nam ut illa omittam*] Conjuratorem Catilinæ teſtimoniis divinis detectam fuiſſe ait: quorum tria genera exponit, primum oſtenta meteora, deinde reſponſa aruſpicum, poſtremò neſcio quam divinam patefactionē poſt collocatum Iovis ſimulachrum. *Promittit Delius*] Notatur teſtimonii ſpecies, promiſſio: ei oppoſita eſt confeſſio: ut ſuprà explicavimus. *Teſtimonium hum. eſt tum lex*] Hoc non eſt καθέλε πρῶτον: nam eadē teſtimonii ſpecies in teſtimonium quoque divinum cadunt. Sunt enim divini leges, in ſacris literis, præcipuè à Moſe deſcriptæ: ſunt & divini illuſtres ſententiæ, ut Proverbia Salomonis: ſimiliter ſunt divini cujuſdam facti teſtimones; ut miracula: quæ ideo in Scripturis ſigna appellantur, quòd teſtimonia divina ſint veritatis doctrinæ eorum per quorum manum eduntur.

g iiij

FINIS.

Soli Deo gloria.





to, qua esse aliquid aut nō esse judicatur. Latine enuntiatum, enuntiatio, pronuntiatiū, pronuntiatio, effatum dicitur. Axioma, est affirmatum aut negatum: affirmatum, quando vinculum ejus affirmatur: negatum, quando negatur. Hinc nascitur axiomatū cōtradictio, quando idem axioma affirmatur & negatur.

*Axiomaticum*] Id est, enuntiati. Sic autem appellavit, quia enuntiatum à Græcis Dialecticis, Cicerone teste, nominatum fuit ἀξίωμα. Dianoeticum verò: quia διάνοια Aristoteles vocat, rationis discursum quo illa unum ex altero deducit, aut unum alteri convenienter annectit: quorum illud in syllogismo, hoc autem in methodo facit. *Argumenti cum arg.*] καὶ ἀρχῆς ἰκῶς loquitur: pro, res cum re, vel notio cum notione, vel vocabulum cum vocabulo: vel (ut vulgò cum Aristotele loquuntur) terminus cum termino. *Qua esse*] Non tantum Esse, ut quando verbum substantivum est καὶ ἰσορροπία: sed etiam, Hoc esse illud, vel tale: ut quando verbum substantivum est copula. Itaque malim definitionem authoris pristinam, Enuntiatum est dispositio qua argumentum de argumento enuntiat: id est, affirmatur aut negatur. *Latine enuntiatum*] Appellationes hæc omnes Ciceronis sunt: Aristoteles ἀπόφασις vocat & πρότασις: vulgus in scholis, propositionem. Sed propositionem noster author specialiter nominat primum enuntiatum syllogismi, quod vulgò propositio major dicitur. *Affirmatum aut*] Hæc prima est enuntiatum divisio, à forma: Enuntiatum omne, aut affirmans aut negans est. Vulgo dicunt; Propositio. omnis, aut affirmativa aut negativa est. *Affirmatum*] Malim appellare affirmans, item negans: quia ipsum enuntiatum non affirmatur, nec negatur: sed aut affirmat, aut negat: affirmatur autem & negatur enuntiatum consequens de antecedente, aut cum eo: de eo, in enuntiatum simplici: cum eo, in composito. *Vinculum*] Quod in enuntiatum quidem simplici est verbum substantivum: in composito verò conjunctio Grammatica. *Hinc*] Nempe ex affirmationis & negationis oppositione; quum altera alteri opponitur. *Idem axioma*] Id est, ejusdem axiomatis consequens de ipsius antecedente: ut, Corpus Christi est ubique, Corpus Christi non est ubique. item, Si corpus Christi hypostaticè unitum est deitati, est ubique: Non si corpus Christi hypostaticè unitum est deitati, idcirco ubique est.

## CAP. 3. DE VERO ET FALSO.

Axioma deinde est verū aut falsum: verum, quando pronuntiat uti res est: falsum, contra. Axioma verum, est contingēs aut necessarium. Contingens, quando sic verum est, ut aliquando falsum esse possit: ut,

*Audentes fortuna juvat.*—

Fac enim, id esse hodie verum: cras falsum esse poterit: itaque veritatis hujus contingentis judicium, opinio dicitur: quæ præteritorū & præsentium homini certa esse potest, futurorū per naturam non admodum potest, quamvis Deo tempora omnia præsentia sint. Itaque Martialis Priscum meritò cavillatur:

*Martialis lib. 12. Sape rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus, si fiam locuples, simque repente potens.*

*Quenquam posse putas mores narrare futuros.*

*Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?*

Necessarium, quando semper verum est, nec falsum potest esse: & illud affirmatū appellatur κατὰ παντός, de omni. Impossibile contra, quod de nullo unquā verū esse potest. Axiomata artiū sic κατὰ παντός esse debēt, sed præterea homogenea & catholica. Axioma homogeneum est, quando partes sunt essentialia inter se: ut forma formato, subjectū proprio adjuncto, genus speciei. id appellatur καθ' αὐτὸ, per se. Axioma catholicū est, quando consequens semper verū est de antecedente, nō solūm omni & per se, sed etiā recipro-  
cē: ut

cé: ut homo est animal rationale: numerus est par vel impar: lupus est natus ad ululandū id appellatur *καθόλου ὡς ἄνθρωπος*, universaliter primū. Tres hæc sunt *ἑξ ἑσῶν* leges documentorū artis propriorum: prima *καὶ παντὸς* lex veritatis: secunda *καθ' αὐτὸ* lex iustitiæ: tertia *καθόλου ὡς ἄνθρωπος* lex sapientiæ dicatur. Atque ejusmodi axiomatum ita catholicorum iudicium verissima & prima scientia est.

*Axioma deinde*] Hæc secunda enuntiati divisio, ab adjunctis sumpta est, iisque propriis. Solum enim enuntiationi, id est, affirmationi aut negationi, proprie inest veritas aut falsitas. *Verū, quando pronuntiat*] Accuratus sic, Verū enuntiatū est, in quo consentanea consequentiæve componuntur, aut dissentanea vel inconsequentia disjunguntur: falsum contrā, in quo dissentanea vel inconsequentia componuntur, aut consentanea vel consequentia disjunguntur. *Contingens aut*] Hæc divisio non est reciproca: quia convenit etiam enuntiato falso. Est igitur generalis divisio enuntiati; nō autem specialis, enuntiatū veri. Contingens verum, est quod sic verum est, ut aliquando falsum esse possit: Contingens falsum, quod sic falsum est, ut aliquando verum esse possit. Necessarium verum, est quod semper verū, nunquam falsum est: Necessarium falsum, quod semper falsum est, nunquam verum. Hoc postremum speciali vocabulo nominatur impossibile: ejus verō oppositum, appellatur vocabulo generali necessarium. *Quæ præteritorum*] Opinio omnis, quatenus opinio, incerta est: opinari enim dicitur, qui non certō scit, sed dubitat. *Futurorum per naturam.*] Hinc illud in scholis tritum, Futurorum contingentium nō est determinata veritas. ubi notandum, omnia futura a Deo certō sciri: ab hominibus autem ea tantūm quæ a Deo prædicta sunt. Ideo ait author, Per naturam, quasi dicat: At per patefactionem divinam, futurorū certa scientia est. Hinc Iobus, Scio, inquit, me hac pelle mea iterum circumdatum iri, & visurum Deum oculis meis, me inquam & non alium. *De omni*] At hoc ipsum quod hic author affirmat de necessario enuntiato, non videtur verum de omni: sed tantūm de generali seu universali: ut, Omne animal sentit. De speciali autem, sive infinito, sive proprio, non videtur verum: ut, Quoddam animal est rationale, Socrates est homo. Verūm hæc quoque videntur admittere appellationem *κατὰ παντὸς*: si & infinitum certa specie definiatur, & individuum ex adjunctis dividatur: ut, Quoddam animal (nempe homo) est rationale. Socrates

res (sive disputans, sive cœnans: sive Athenis sit, sive alibi: sive heri, sive hodie, sive cras, & c.) est homo. *Axioma homogeneum*] Attingitur hîc nova enuntiati divisio, in homogeneum & heterogeneum. Quæ vocabula é Græcis ὁμογενής & ἑτερογενής deflecta, Latine sonant quasi dicas Cōgener & Disgener. Homogeneum igitur enuntiatum erit, cujus partes inter se consentaneæ sunt: heterogeneum, cujus dissentaneæ. *Quando partes sunt essentielles inter se*] id est, Quando partiū altera ad essentiam alterius pertinet. *Vi forma*] ut, Homo est rationalis, Homo est risibilis, Homo est animal. *Catholicum*] Attingitur & hîc nova enuntiatī divisio, nempe in catholicū seu reciprocum & non catholicum seu nō reciprocum. Reciprocū enuntiatum est, cujus partes inter se permutantur, seu ultró citroque commeant: ut quando definitio enūtiatur de definito, divisio de diviso, proprium adjunctum de subjecto. Singulorum exempla habes in textu. Non reciprocum, contra: ut, Homo est animal. *κατὸς πρῶτον*] κατὸς αὐτὸς quidem appellatur, quia consequens verum est de antecedente toto seu omni, καὶ ἅλις ἢ κατὰ πᾶσι: πρῶτον veró, quia consequens de antecedente dicitur primó, ita ut de nullo alio dicatur prius, ut, habere tres angulos duob. rectis æquales, dicitur de triangulo primú: deinde & posteriús de unaquaque specie trianguli. Itaque hoc enuntiatum, Equicrurus habet tres duobus rectis pares, est quidem κατὰ πᾶσι seu κατὸς αὐτὸς: at non est κατὸς πρῶτον, quia consequens non dicitur primó de isto antecedente, sed de alio, videlicet triangulo. *Leges*] Aureæ perfectó leges: quarū observatione noster author aliquot artes liberales meliús, quã antea quisquam, tradidit. Quid enim quæso ad perfectã artium doctrinam desiderari meritó possit: si omnia quæ in arte traduntur sint vera, & quidem semper vera: deinde, si eadem ad essentiam artis pertineant, non autem aliena & adventitia sint: postremó, si singula artis documéta semel tantum sint tradita, non multoties iterata: quod fit si sint reciproca; quum scilicet quæ totius generis propria sunt, toti generi simul, non autem singulis speciebus seorsum tribuuntur: atque ita semel tantum, non autem sæpius docentur. Utinam veró omnes bonæ artes secundum has leges descriptæ extarent.

#### CAP. 4. DE AXIOMATIB

##### *simplici.*

Atque hæc de communib. axiomatis affectionibus, species sequuntur. Axioma est simplex aut compositum. Simplex est, quod verbi vinculo

culo continetur: "Itaque affirmato vel "negato verbo, affirmatur vel negatur: ut, Ignis urit: Ignis est calidus: Ignis non est aqua: hîc (ignis) est "antecedens: urit, "consequens. Atque hîc prima est inventarum rerum dispositio, causæ cum effectu, ut in primo exemplo: subjecti cum adjuncto, ut in secundo: dissentanei cum dissentaneo, ut in tertio: quomodo "argumentum quodlibet enuntiari potest (exceptis plenis comparationibus & distributionibus) consentanea quidem "affirmando, dissentanea negando.

Axioma simplex, est "generale aut speciale. Generale, quando cōmune consequēs "attribuitur generaliter cōmuni antecedenti. atque hîc "contradictio non "semper dividit verū & falsum, sed cōtingentium utraque pars falsa potest esse, ut:

*Omnis in urbe locus Bajis pralucet amœnis.*

*Nullus in urbe locus Bajis pralucet amœnis.*

Item non contingentium, ut: Omne animal est rationale: Nullum animal est rationale.

Axioma speciale est, quando consequens non omni antecedenti attribuitur: & hîc | contradictio semper dividit verum á falso. Speciale est particulare aut proprium. Particulare, quando consequens commune antecedenti "particulariter attribuitur: Huic autem axiomati "generaliter contradicitur:

*Aliquid ignoscendum est:*

*Nihil ignoscendum est.*

*Aliqua clementia non est laudanda:*

*Omnis clementia est laudanda.*

Axioma " proprium est, quando consequens " antecedenti proprio attribuitur: ut Fabulla est bella, cujus negatio & contradictio est, Fabulla non est bella.

*Simplex aut]* Haecenus quinque enuntiati divisiones vidimus: quarum duas author expressé tradit, primam in affirmatum & negatum, alteram in verum & falsum: ad reliquas tres tantum allusit: tertiam nimirum in contingens & necessarium, quartam in homogenum & heterogenum, quintam denique in reciprocum & non reciprocum. Sequitur ergo hic sexta enuntiati divisio, auctori tamen tertia, in simplex & compositum. *Verbi]* Nempe substantivi (ut vocatur a Grammaticis) idque interdum expressi, interdum intellecti: ut ignis est calidus: Ignis urit: quod perinde est ac si dicas, Ignis est res urens. *Vinculo]* Vulgo vocant copulam: quia consequens enuntiati cum antecedente devincit & copulat. *Itaque affirmato]* Quod fit, quum inter partes enuntiati absque negationis nota praeposita interponitur: ut, Ignis est calidus. *Negato]* Quod fit quando ei adverbium negandi praepositur: ut, Ignis non est calidus. Nam si adverbium negandi verbo substantivo non proxime praepositur, sed praepositur vel antecedenti vel consequenti, id est subiecto vel praedicato, tunc ejusmodi enuntiatum negatum non est. ut, homo est non lapis: quae nominatur affirmatio ex μετὰ ἀντιθέσεως, ex transpositione, scilicet adverbii negandi. *Affirmatur vel negatur]* Scilicet ipsum axioma seu enuntiatum: hoc est, enuntiati consequens, quod vulgo praedicatum, & a nonnullis attributum dicitur. *Antecedens]* V. lgo subiectum. Sed noster author Subiecti nomen in doctrina Inventionis retinet, ad significandum argumentum quod adjuncto e regione respondet. *Consequens]* Vulgo praedicatum, item attributum. *Argumentum quodlibet]* καὶ ἄλλως ἢ καὶ ἀπαίσις loquitur. *Affirmando]* Nam si contra fiat, enuntiata falsa nascuntur. *Generale aut]* Sequitur divisio enuntiati simplicis, in generale & speciale. pro quo vulgo diceretur, Propositio aut est universalis, aut particularis. *Attribuitur generaliter]* Id est, quum aliquid enuntiatum de toto genere, seu de omnibus speciebus: καὶ ὅλα ἢ καὶ ἀπαίσις, ut, Omne animal sentit: hic sensus affirmatur de toto genere animalium, seu de omnibus speciebus animalis: nempe de homine & bestia. Nulli animal perpetuo vigilat: hic perpetua vigilatio negatur de toto genere animalium, seu de omnibus speciebus animalis. *Contradictio]*

*Contradictio*] Id est, enūtiatorum per affirmationem & negationem oppositio: nam Aristoteli & vulgo *ἀντίθεσις*, id est Contradictio, specialiūs dicitur. *Non omni antecedenti*] Id est, quum aliquid enuntiatur nō de toto genere, sed tantūm de aliquot speciebus, vel etiam de una tantūm specie. *Semper dividit*] Si scilicet speciali affirmationi opponatur negatio generalis: aut contrā, speciali negationi generalis affirmatio. Nam si particulari affirmationi opponatur negatio particularis: utrumque enuntiatum verum esse potest: ut, *Quidam docti sunt viri boni: Quidā docti non sunt viri boni.* *Particulariter*] id est, Non toti generi antecedentis: sed tantūm aliquot ejus speciebus, vel etiam unū tantūm speciei: idque indefinité, id est, ita ut nulla certa species indicetur, sed tantūm aliqua aut aliquæ innuantur: unde author hujusmodi enuntiata olim nō incommodé infinita appellavit. ut quum Christus in postrema cœna discipulis diceret, *Aliquis é vobis me proditurus est.* Sic 1. Cor. 1, 15. Ac nonnulli quidem per invidiam & contentionem: nonnulli veró etiam propensā voluntate Christū prædicant. hîc duo enuntiata infinita sunt. *Generaliter*] Id est, universaliter. *Proprium*] Vulgò propositio singularis. Author vocat enuntiatum proprium: vel quia antecedens seu subjectum feré constat nomine proprio: vel quia subjectum non est quiddā cōmune & generale, sed proprium & speciale, nempe species specialissima seu res singularis. *Antecedenti proprio*] Vulgò vocant individuum, item singulare seu rem singularem: author speciem specialissimam.

CAP. 5. DE AXIOMATE  
*copulato.*

Axioma compositum est, quod vinculo<sup>o</sup> conjunctionis continetur. Itaque é conjunctione affirmata vel negata, affirmatur vel negatur. Cōtradictionisque pars vera est, pars falsa. Enuntiatum compositum, est pro sua conjunctione congregativum, aut segregativum: congregativum, enuntiat omnia consentanea affirmando, omnia etiā dissentanea negando. Est veró copulatum aut connexum: Copulatum, cujus conjunctio est copulativa, ut 1 AENEID.

*“Uná Eurúsque Notúsque ruunt, creberque procellis  
Africus.---*

Hic igitur negatio erit & contradictio:

*“Non uná Eurúsque Notúsque ruunt, creberque  
procellis  
Africus.*

Verū enuntiati copulati iudiciū pendet ex omniū partiū veritate: “falsum, saltem ex una parte falsa. Huic generi affine est enuntiatum relatæ qualitatis, cuius cōiunctio est ipsa relatio. 3. Ecl.

*Tale tuum carmen nobis divine poëta,  
Quale sopor fessis in gramine.---*

Hic copulatum iudicium est tanquam diceretur. Sopor est, fessis gratus, & sic tuum carmen nobis gratum est: cuius negatio,

*Non tale tuum carmen nobis divine poëta,  
Quale sopor fessis in gramine.*

[*conjunctionis*] Intellige notam conjunctionis Grammaticam. Enuntiatum igitur compositum est quo enūtiata simplicia duplici plurave, conjunctione aliqua inter se composita enuntiantur. *Vna Eurúsque*] Hic tria enuntiata sunt. 1, Eurús ruit. 2, Notús ruit. 3, Africus ruit. Sed hæc tria in unum conjuncta atque composita sunt per conjunctionem copulativam, *Quæ. Non uná*] Duplex est ratio negandi in enuntiatis copulatis: negatur enim aut pars tantum, aut totum. Quum negatur pars tantum, tum adverbium negandi præponitur conjunctioni: ut, Socrates & bonus & doctus est: Socrates non & bonus & doctus est. quasi dicatur, Socrates est quidem bonus: at non est doctus. vel, Est quidem doctus: at non est bonus. Quum negatur totum: tum conjunctiones affirmativæ permutantur negativis: ut Socrates nec bonus nec doctus est. quasi dicatur, Socrates & bonus & doctus non est. Sic apud Græcos: ὁ Σωκράτης ἀγαθὸς τε ἔν σοφὸς ἐστὶ ὁ Σωκράτης ἄτ' ἀγαθὸς ἄτε σοφὸς ἐστὶ. Sic in nostralingua, *Der Socrates ist beyde from vnd gelehrt, Der Socrates ist vveder from noch gelehrt.* Sed prior ratio negandi propria est hujus loci: ut per quā negatur ipsa copulatio. *Falsum, saltem ex una parte falsa*] Enuntiatum copulatum falsum est, siue omnes ejus partes falsæ sint, siue non omnes,



omnes, sed una tantum vel aliqua tantum: Veruntamen si partes omnes falsae sunt, tunc enuntiatum copulatum simpliciter & ex toto falsum est: si una vel aliqua tantum, tunc enuntiatum copulatum est quidem falsum, sed ex parte tantum & secundum quid, non autem ex toto seu in totum & simpliciter.

## CAP. 6. DE AXIOMATE

*connexo.*

\*Axioma connexum est congregativum, cuius conjunctio est connexiva, Si: ut 2. Æneid.

--- *Si miserum fortuna Sinonem*

*Finxit, vanum etiam mendacemq; improba finget.*  
cujus negatio est,

*Non si miserum fortuna Sinonem*

*Finxit, vanum etiam mendacemq; improba finget.*

Conjunctio etiã hæc interdum negatur aperiùs, negando consequentiã, ut pro Amer. Non continuó si me in sicariorum gregem cõtuli, sicarius sum. De Fato, Nec si omne enuntiatũ verũ est aut falsum, sequitur illico causas esse immutabiles. Afirmatio enim significat, si sit antecedens, etiam consequens esse. Negatio itaque & cõtradiçtio statuit, "si sit antecedens, non ideo cõsequens esse. Quare cùm judicabis connexum absoluté verum esse, necessarium quoque judicabis & intelliges hanc necessitatem é necessaria partium connexione oriri, quæ ipsa potest esse vel in falsis partibus: ut, Si homo est leo, est etiam quadrupes, necessarium cõnexum est. At si connexio sit contingens & pro sua tantum probabilitate ponatur, judicium ejus tantum opinio fuerit: ut Terent. Andr.

*Pamphile, si id facis, hoc est postremum me vides.*

Connexo axiomatico affinis est ista consequentię relatio, ut, Cúm Tullius sit orator, est etiam peritus bene dicendi.

*Axioma connexum*] Vulgo appellatur Propositio conditionalis; sicut superior copulativa. Dividitur enim vulgó propositio in categorica & hypotheticam: deinde hypothetica in conditionalem, copulativam & disjunctivam. Quę utraque divisio vitiosa est. Prior ideo: primúm, quia partes nõ sunt inter se dissentaneę: nam hypothetica propositio est etiam categorica: quia καὶ ἢ γὰρ εἴ, prædicat, id est, enuntiat aliquid de aliquo: ut, Si sol lucet, dies est. Deinde ideo, quia partes nõ sunt cum toto reciproca: Nam omnis quidẽ categorica, id est, simplex, omnisque hypothetica, est propositio: at non omnis propositio est categorica, id est, simplex, vel hypothetica. quippe propositiones copulativę & disjunctivę neque categoricę sunt, id est, simplices: neq; hypotheticę, id est, conditionales. Altera divisio similiter vitiosa est: partim propter ἀδελείαν membri primi: hypothetica enim Gręcis idem est quod Latinis conditionalis: ὑπόθεσις enim Latini conditionem vocat. partim propter falsitatẽ membrorum reliquorũ: quippe quę cum toto dissentaneę sunt: nulla enim hypothetica vel copulativa vel disjunctiva est. Repudiata igitur tam vitiosa divisione, retineamus bonam & legitimam quam noster author tradidit. *Non si miserum*] Duplex est ratio contradicendi enuntiatas connexis affirmatis. Aut enim negatur solúm consequentia: & tunc adverbium negandi præponitur conjunctioni connexivę: aut affirmatur etiam consequentia contrarii: & tunc adverbium negandi præponitur verbo substantivo enuntiatas consequentis. Exempla prioris cõtradictionis sunt in textu: posterioris est hoc: Ratio dicit, Si Deus nos castigat, odit nos. Verbũ Dei contradicit, Si Deus nos castigat, nõ odit nos, sed amat nos. Nam quum judicamur, á Domino castigamur, ne cum mundo condemnemur: 1. Cor. 11, 32. Itẽ, Quem diligit Dominus, castigat: & flagellat omnẽ filiũ quem recipit. Hebr. 12, 6. Prov. 3, 13. Sed prior ratio negandi, propriẽ hujus est loci: quia per eam negatur ipsa connexio. *Si sit*] Id est, Si maximẽ sit antecedens, non tamen ideo consequens esse.

## CAP. 7. DE AXIOMATE

*discreto.*

Axioma segregativũ est cujus conjunctio est segregata.

segregativa: ideoque argumenta dissentanea enuntiat. Enuntiatum segregativum, est discretum aut disjunctum. Discretum, cujus conjunctio est discretiva. Itaque e dissentaneis præcipue diversa enuntiat. §. Tusc. Quanquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen: "cujus negatio & contradictio est, Non quanquam corporis sensu judicentur, tamen ad animum referri: vel, Quanquam sensu corporis judicentur, non tamen ad animum referri. Nam, Tamen, est hinc conjunctio præcipua: Discretum enuntiatum judicatur esse verum & legitimum, si partes non solum veræ: sed etiam discretæ sint: falsum" vel ridiculum contra.

[*Cujus negatio*] Negatio discreti potest etiam esse negatio copulati, ut bene Talæus annotavit. ut si affirmaretur, Et abest à culpa & caret suspitione: tum discretum opponeretur, Quanquam abest à culpa, suspitione tamen non caret. Vel, Quanquam caret suspitione, non tamen abest à culpa. Eodem modo enuntiatio connexo contradici posse Talæus judicat: ut, Si abest à culpa, caret etiam suspitione: Quanquam abest à culpa, non tamen caret suspitione. Quod mihi non videtur. Quia connexi antecedens non verè affirmatur, sed tantum affirmatio ejus fingitur: at discretum negatum, antecedens concedit & fatetur, tamquam simpliciter & verè affirmatum fuerit. *Vel ridiculum*] ut, Quanquam Socrates est homo, tamen est animal rationale. hic segregantur consentanea, nempe definitum & definitio: quæ segregatio ridicula & inepta est.

CAP. 8. DE AXIOMATE  
*disjuncto.*

"Axioma disjunctum, est axioma segregativum, cujus conjunctio est disjunctiva, ut I. Georg.  
*Illic, ut perhibent, aut intempest afilet nox  
Semper, & obtenta densantur nocte tenebra:*

*Aut redit á nobis aurora, diemque reducit.*

De Fat. Omnis enuntiatio est vera aut falsa.

Hic significatur, é disjunctis unicū verum esse. Negatio igitur erit & contradictio: "Non omnis enuntiatio est vera aut falsa. Et contradictione significatur, non necessarió alterutrum verum esse. Nam si disjunctio absoluté vera est, est etiam necessaria: partesque disjunctæ sunt oppositæ sine ullo medio. Veruntamen quamvis absoluté vera disjunctio, necessaria quoque sit: tamen nihil necesse est partes separatim necessarias esse: ut, Homo est bonus vel non est bonus, disjunctio necessaria est: & tamen, Homo est bonus, non est enuntiatio necessaria. Item, Homo non est bonus, non est enuntiatio necessaria: sed disjunctio necessaria pendet é necessaria partium oppositione & disjunctio, non ex earum necessaria veritate. Disjunctio autem plerumque est ex conditione, ut si quærat, Vtrum Cleon venerit, an Socrates: quia ita pactum sit, alterutrum tantū venturum esse. Itaque si disjunctio sit contingens, non est absoluté vera, & tantū opinabilis est: qualis est frequenter in hominum usu. Ovid. in Epistola Leandri,

*Aut mihi continget felix audacia salvo,*

*Aut mors solliciti finis amoris erit.*

*Axioma disjunctum*] Vulgó propositio disjunctiva. Hoc enuntiatio proprié enuntiatur divisio, ac proinde cōtraria medio carentia. *Hic significatur, é disjunctis unicū verum esse*] Hoc non est *καὶ ἢ*: quia tantū verum est de enūtiato disjuncto, in quo divisio enuntiatur de specie generis divisi: ut, Homo aut rationalis

nalis est aut irrationalis. Falsum autem est de enuntiato disjuncto, in quo divisio enuntiatur de ipso genere divisio? ut, Omne animal aut rationale est aut irrationale. hic enim non significatur, é disjunctis unicū verum esse: sed significatur ambo simul sumpta, attamen disjunctim sumpta, vera esse. Neutrum enim separatim sumptum, verum est: ut, Omne animal est rationale, Omne animal est irrationale. *Non omnis enuntiatio*] De negatione enuntiati disjuncti observandum, si affirmatum fuerit definitum, id est, signo quātitatis insignitum, tum adverbium negandi præponi signo: ut hîc, Omnis enuntiatio aut vera est aut falsa: Non omnis enuntiatio aut vera est aut falsa. Si veró affirmatum fuerit indefinitum, id est, nullo signo quantitatis determinatum: tum adverbium negandi præponi verbo substantivo: plané ut in enuntiatis simplicibus. ut, Enuntiatio est aut vera aut falsa: Enuntiatio non est aut vera aut falsa.

## CAP. 9. DE SYLLOGISMO

*§ ejus partibus.*

Atque ejusmodi judicium est axiomaticum axiomaticis per se manifesti, sequitur dianoëticū. Dianoia est cū aliud axioma ex alio deducitur: estque syllogismus aut methodus. "Syllogismus est dianoia, qua" quæstio" cū argumento ita disponitur, ut "posito antecedente," necessarió cōcludatur. Nam cū axioma dubiū sit, "quæstio efficitur," & ad ejus fidem "tertio argumento opus est" cum quæstione collocato. "Syllogismi antecedens partes duas habet, "propositionem & assumptionem.

Propositio est prima pars antecedentis, qua quæstionis saltem consequens cum argumento disponitur: Assumptio est secunda pars antecedentis, "quæ assumitur é propositione. Syllogismi autem pars consequens est, "quæ complectitur partes quæstionis, eamque con-

cludit: unde complexio & conclusio dicitur. Si qua pars syllogismi defuerit, enthymema dicitur: si quid præter illas tres partes accesserit, pro syllogismus. Partium etiam ordo sæpe confunditur: attamen si qua dubitatio propterea fuerit: explenda quæ defunt: amputanda, quæ supersunt: & pars quælibet in locum redigenda est.

*Syllogismus*] Συλλογισμὸς Latinè ratiocinatio, item argumētatio, item cōclusio: Germanicè *Ein Schlussred.* Propriè videtur significare ( ut Talæus annotat) calculum Arithmeticum, id est, collectionem: qualis fit ex additione variorum nominū capitumque summa quædam. ut si dicas: Ille mihi debet duos florenos pro vino, & tres pro frumento: Ergo in summa debet mihi florenos quinque. Itaque συλλογισμὸς, est συλλογῆ λόγων, collectio rationum. *Quæ questio*] Id est, enuntiatum dubium de cuius veritate quæritur. Metonymia adjuncti: Quæstio enim occupatur in enuntiato dubio. item, Quæstio, scilicet conjuncta: nam simplex quæstio ἐσυνλόγιστος est, hoc est, non potest syllogismo concludi. Synecdoche generis. itè, Quæstio, id est quæstionis partes singularim, nempe seorsim antecedens, & seorsim consequens. Synecdoche integri. Ita perspicitur, tres hîc tropos in uno vocabulo concurrere. (*um argumento*) Hîc argumēti vocabulum in propria significatione accipitur, pro eo quo quæstio arguitur, id est, consequens de antecedente verè enuntiarum demonstratur. *Posito antecedente*] Id est (ut vulgo loquuntur) concessis præmissis, seu majore & minore propositione. *Necessariò concludatur*] Id est, ita demonstratur ut nemo sanæ mentis dubitare possit, quin enuntiatum quod cōcluditur, verum sit, si enuntiatum duo ex quibus illud concluditur, vera sint: id est, quin conclusio sequatur ex præmissis. *Quæstio efficitur*] Ipsa enuntiatio non efficitur quæstio: sed quia dubia est, inde nascitur quæstio, qua de illius veritate quæritur, ut omni dubitatione sublata, certa sciētia comprehendatur. *Et ad ejus fidem*] Id est, ad faciendum ei fidem, ut ei fides habeatur, ut credatur. *Tertio argumento*] Hîc argumenti nomen partim propriè, partim κατὰ χριστικῶς accipitur. In syllogismo enim sunt tres termini: quorum unus tantum argumentum propriè vocatur, vulgò medium: reliqui autem duo vocantur terminus major & minor. (*um quæstione*) Id est, cum partibus quæstionis sigillarim, semel cum una, & semel cum altera. *Syllogismi antecedens*] Syllogismi partitio, id est, in membra distributio, ex quibus membris syllogismus integratur. quorum alterum dicitur auctori Antecedens, alterum Confe-

Consequens: Græcis *πρόθεσις* & *συμπέρασμα*. Propositionem *ἢ* *ἄστυμπε*.] Vulgo vocant propositionem majorem & minorem. *Qua quæstionis saltem consequens*] Id est, Enuntiationis concludendæ prædicatum seu attributū. Vulgo, Propositio major est quæ continet terminum majorem cum medio. Quæ definitio nõ est reciproca: nam non est *καὶ ἀπὸ τῆς*: quum propositio major syllogismi (ut vocant) hypothetici, nõ solūm terminum majorem, sed etiam minorem, id est, t̄m quæstionem contineat. Idcirco noster author adjecit adverbium Saltem: quasi dicat? Si non semper tota quæstio, saltem quæstionis consequens in propositione cum argumento disponitur: quorū illud fit in syllogismo composito, hoc in simplici. *Qua assumitur é propositione*] Malim dicere, Ad propositionem: hoc enim postulare videtur verbi compositio. Et idem innuūt appellationes Græcæ, *πρόσληψις* & *μὴ ἀληψις*: quarum illa notat additionem, hæc postpositionem. Interim verum est, assumptionem non solūm assumi ad propositionem, sed etiam é propositione: Assumitur enim inde argumentum, & iterum enuntiat: vel solū, ut in syllogismo composito: vel cum antecedente quæstionis, ut in syllogismo simplici. Vulgo, Propositio minor est quæ continet terminū minorem cum medio. Sed hæc definitio eodē quo superior, vitio laborat: Vera enim tantūm est de assumptione syllogismi simplicis, de compositi non item. *Qua complectitur partes quæstionis*] Vulgo, Quæ continet terminum majorem cum minore. *Si qua pars*] Scilicet, quæcunque illa sit: sive propositio, sive assumptio, sive conclusio. quanquam cōclusio rariús omitti videtur: Et conclusio non tam pars syllogismi, quàm effectum videtur. Vnde Efficiendi verbum pro verbo Concludendi apud Cic. crebró reperitur. *Enthymema*] *ἐνθύμημα* *παρὰ τὸ ἐνθυμηθεῖν*, quod est in animo (*ἐνθυμῶ*) versare seu volvere, cogitare. Quum enim enthymema sit syllogismus imperfectus, nempe unā sui parte truncatus ac mutilus: fit ut partem illam omissam audienti cogitandam & in animo suppleendam relinquat. non enim acquiescit mens, donec perfectum syllogismum complexa sit. Itaque syllogismus imperfectus appellatus est *ἐνθύμημα*, id est, cogitatio, per metonymiā effecti: quia cogitationem enuntiationis omissæ parit atque efficit. *Prosyllogismus*] Prosyllogismos Latini vocant approbationes, quasi additas probationes, additas nimirū ad probandum syllogismi propositionem aut assumptionem, quibus probatio principalis continetur. Itaque videntur veteres appellasse non *προσυλλογισμὸς* ex præpositione *πρὸ*: sed *προσυλλογισμὸς* ex præpositione *πρὸς*: Idque eo magis, quod ab Aristotele etiam appellatur *πρόθεσις*, appositio seu additio, id est, additamentum: 2. Prior. 26. *Partium etiam ordo saepe confunditur*] Paucos reperias in libris authorum syllogismos quorū partes secundum ordinem artis sunt propositæ: sed ordinē ostendit

dere, interpretis seu explicatoris est. *Explenda quæ desunt*] Si scilicet sint enthymemata. *Amputanda quæ supersunt*] Nempe profyllogismi: item illustrationes vel amplificationes. *In locum*] Videlicet propositio in locum primum: assumptio in secundum: conclusio in tertium.

Hoc loco dicendum aliquid videtur de vulgari divisione argumentationis. Tradunt enim, argumentationis species esse quatuor: syllogismum, enthymema, inductionem & exemplum. Alii & quintam addunt speciem, Soriten. Nos autem cum auctore nostro sentimus, argumentationis speciem revera tantum esse unicam, videlicet syllogismum. Nam & enthymema syllogismus est, sed aliquid per se, nempe unius membri truncationem: ut paulo ante explicatum est. Inductio vero enthymema est, cujus argumentum ductum est ab enumeratione specierum seu exemplorum specialium: bonum quidem & syllogisticum, si enumeret species omnes: vitiosum vero & ἀσυλλόγιστον, si enumeret tantum aliquas species. nam clausula quæ enumerationi solet annecti, Nec dissimile exemplum potest reperiri: hæc inquam clausula petit principium, id est, sumit pro confessio id quod est in quaestione, quodque argumento demonstrandum est. Iam exemplum non est argumentationis, sed argumenti nomen: significat enim factum simile. Sed esto, exemplum nominetur per metonymiam causæ, nempe materiæ, ipsa argumentatio quæ exemplo constat: num igitur peculiaris hæc forma argumentationis est? Minimè: Sic enim tot essent formæ argumentationum, quot sunt genera argumentorum. Deinde exemplum illud, nonne enthymema est? ut, David in casu necessitatis non peccavit edendo panes propositionis: Ergo nec discipuli Christi peccarunt, evellendo spicas die sabbathi in casu necessitatis. Hæc argumentatio enthymema est, ac proinde syllogismus. Restat sorites: quid ille? nonne & ipse syllogismus est? Certè sunt qui vocant soriten syllogismum compositum: quo ipso fatentur esse syllogismum, aut certè syllogismos complures in unum veluti acervum coacervatos. Cæterum quia nemo adhuc (quod sciam) veram & legitimam soritis analysin tradidit: libet hoc loco nostram de ratione resolvendi soriten, exponere sententiam. Est autem sorites syllogismus compositus in quo plures præmissæ coacervantur, & eo ordine connectuntur, ut semper prædicatum præcedentis, sit subiectum sequentis: unde conclusio infertur in qua prædicatum ultimæ præmissæ attribuitur subiecto præmissæ primæ. Vel brevius, Sorites est syllogismus auctus numero præmissarum gradatim coacervatarum. ut, Socrates est homo: Homo est animal: Animal est substantia: Ergo Socrates est substantia. Dicitur est σωρείτης, quasi coacervator: ἡ σωρεία, coacervo: quod venit ἄ σωρος, acervus, cumulus. Cicero acervalem appellat, de Divin.

*Sturm. libr. 3.  
part. Dial. cap.  
41.*



Divin. libr. 2. Quomodo autem, inquit, mentientem dissolvas? quem pseudomenon vocant? aut quemadmodam soriti resistas? quem si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare. sed nihil opus est. Vt enim ipsa philosophia & multa verba Græcorū: sic sorites satis Latino sermone tritus est. Et Academ. quæst. lib. 4. Et primū, inquit, hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur: quod genus minimè in philosophia probari solet; quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Soritas hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano: Vitiosum sanè & captiosum genus. Hæc Cicero. At inquam, Sorites non toto genere vitiosus aut captiosus est: sed tam legitimus & firmus esse potest, quàm syllogismus simplex ac purus. Si enim præmissæ in eo omnes veræ & affirmantes sint, atque etiam si ultima si negans: tum & legitimus & perspicuus est sorites: ut in exemplo antè proposito potest perspicui: & in sorite Paulino Rom. 5. perspicitur. Sed dicamus nunc de soritis analysi. In sorite igitur resolvendo & in syllogismos simplices seu singulos retexendo, hæc mihi quinque regulæ observandæ videntur. I. Considerandus est numerus præmissarum: ut certi simus de numero syllogismorum ex quibus sorites constat, & in quos proinde resolvendus est. Semper enim sorites ex totidem syllogismis constat ex quot constat præmissis, uno minus. Itaque si tres fuerint præmissæ, syllogismi erunt duo: & sic deinceps. II. Primò omnium excerpendus est syllogismus principalis, id est, quo concluditur quæstio proposita. Is autem continetur præmissa ultima & conclusione: quarum illa in syllogismo principali fit major: minor autem (quæ in sorite non continetur) supplenda est. Deinde ordine resolvendi sunt prosyllogismi, id est syllogismi approbatorii, quibus aliqua præmissa syllogismi præcedentis approbatur. III. Si sorites ex tribus tantum præmissis constet, ac proinde in duos tantum syllogismos retexi possit, videlicet principalem & prosyllogismum unicum: tunc prosyllogismus continetur duabus primis præmissis: ita quidem ut prima habeat locum minoris, secunda verò majoris. Sciendum autem, prosyllogismo illo semper approbari & concludi minorem syllogismi principalis. IIII. Si sorites ex pluribus quàm ex tribus præmissis constet, ac proinde in plures etiam syllogismos quàm duos, retexi possit: tum etiam plures prosyllogismi fiunt: quorum quidem is est ordo, ut primo approbetur minor syllogismi principalis, secundo minor prosyllogismi primi, tertio secundi, & sic deinceps. V. Quum in sorite plures uno prosyllogismi sunt: tunc primi prosyllogismi propositio maior est præmissa soritis penultima, secundi antepenultima, & sic deinceps: excepta præmissa prima, quæ semper est minor prosyllogismi ultimi. Exempli gratia, resolvamus primū soritem simplicissimum: qualis est antè propositus:

*Socrates est homo:*

*Homo est animal:*

*An mal est substantia: Ergo*

*Socrates est substantia.*

Constat ex præmissis tribus: ergo ex syllogismis duobus: è quibus principalis est hic:

*Omne animal est substantia:*

*Socrates est animal: Ergo*

*Socrates est substantia.*

Pro syllogismo approbatur minor syllogismi principalis:

*Omnis homo est animal:*

*Socrates est homo: Ergo*

*Socrates est animal.*

Plutarchus  $\pi\epsilon\gamma\iota\ \tau\acute{\alpha}\lambda\delta\omega\tau\ \acute{\alpha}\gamma\omega\gamma\eta\varsigma$  recitat soritem Diophanti, filii Themistoclis:

*Quæ ego volo, inquiebat, vult etiam mater mea:*

*Quæ vult mater mea, vult etiam Themistocles:*

*Quæ vult Themistocles, vult totus populus Atheniensis:*

*Ergo quæ ego volo, vult totus pop. Atheniensis.*

Syllogismus principalis est hic:

*Quæ vult Themistocles, vult populus Atheniensis:*

*Quæ ego volo, vult Themistocles: Ergo*

*Quæ ego volo, vult populus Atheniensis.*

Pro syllogismo est hic:

*Quæ vult mater mea, vult Themistocles:*

*Quæ ego volo, vult mater mea: Ergo*

*Quæ ego volo, vult Themistocles.*

Rom. §. extat sorites quatuor præmissarum:

*Afflictio parit patientiam:*

*Patientia experientiam:*

*Experientia spem:*

*Spes non pudefacit:*

*Ergo afflictio non pudefacit: & per consequens  
gloriamur in afflictionibus.*

Syllogismus principalis:

*Spes non pudefacit:*

*Afflictio parit spem: Ergo*

*Afflictio non pudefacit.*

Pro syllogismo 1.

*Experientia parit spem:*

*Afflictio parit experientiam:*

*Ergo afflictio parit spem.*

Pro syllogismo 2.

*Patientia parit experientiam:*

*Afflictio parit patientiam: Ergo*

*Afflictio parit experientiam.*

Exemplum soritis ex præmissis quinque:

*Quod iustum est, laudabile est:*

*Quod laudabile est, pulchrum est:*

*Quod pulchrum est, optabile est:*

*Quod optabile est, utile est:*

*Quod utile est, bonum est:*

*Quod iustum ergo est, bonum est.*

Syllogismus principalis:

*Quod utile est, bonum est:*

*Quod iustum est, utile est: Ergo*

*Quod iustum est, bonum est.*

Prosyllogismus 1.

*Quod optabile est, utile est:*

*Quod iustum est, optabile est: Ergo*

*Quod iustum est, utile est.*

Prosyllogismus 2.

*Quod pulchrum est, optabile est:*

*Quod iustum est, pulchrum est: Ergo*

*Quod iustum est, optabile est.*

Prosyllogismus 3.

*Quod laudabile est, pulchrum est:*

*Quod iustum est, laudabile est: Ergo*

*Quod iustum est, pulchrum est.*

Cic. 3. Offic. Atque si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam quod is homo sit, consultum velit: necesse est secundum eandem naturam, omnium utilitatem esse communem. quod si ita est: una continentur omnes & eadem lege naturæ. idque ipsum si ita est: certè violare alterum, lege naturæ prohibemur: Verum autem primum: verum igitur & extremum. Hactenus Cicero. Talæus iudicat, esse syllogismum connexum primi modi, cuius propositio soritem habeat quatuor graduum. At ego iudico, duos hinc syllogismos esse: primum soritem, deinde syllogismum connexum primi modi: atque hunc esse principalem, illum approbatorium. Quæstio est, An lege naturæ prohibeamur violare alterum? Hujus quæstionis affirmationem concludit Cicero syllogismo conexo primi modi, sic:

*Si natura præscribit ut homo homini consultum velit: certè violare alterum, lege naturæ prohibemur.*

*Verum autem primum:*

*Verum igitur & extremum.*

Hujus syllogismi propositionem approbat sorite, ad hunc modum:

*Si natura præscribit ut homo homini consultum velit: necesse est secundum eandem naturam, omnium utilitatem esse communem.*

*Quod si ita est: una continentur omnes & eadem lege natura.*

*Idque ipsum si ita est: certè violare alterum, lege natura prohibemur. Ergo*

*Si natura præscribit ut homo homini consultum velit: violare alterum, lege natura prohibemur.*

Quo loco notandú, si sorites ex puris cõnexis enútiatis constet: firmum esse posse, etiamsi omnia enútiata negantia habeat, sed quibus tamen nõ negetur connexio, sed potius negatio negationi connectatur. ut apud Cic. de Fato: At si causa appetitus non est sita in nobis: ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. quod si ita est: ne illa quidem quæ appetitu efficiuntur, sita in nobis sunt. Non igitur neque assensiones, neque actiones, in nostra potestate. Ex quo efficitur, ut neque laudationes justæ sint, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia. Quod quum vitiosum sit: probabiliter concludi putant, non omnia fieri fato quæcunque fiant. Hactenus Cicero. Talæo videtur esse syllogismus connexus modi secundi: cujus propositio soritem habeat quinque graduum. Mihi similiter ut antea, videntur esse syllogismi duo: nempe syllogismus connexus secundi modi, & sorites quo illius propositio approbatur. Quæstio est, an omnia fiant fato? Hujus quæstionis negationem concludit Cicero syllogismo connexo secundi modi, sic:

*Si causa appetitus non est sita in nobis: ex eo efficitur, ut neque laudationes justæ sint, nec vituperationes, &c.*

*Sed laudationes & vituperationes sunt justæ.*

*Ergo causa appetitus est sita in nobis: & per consequens, non omnia fiant fato.*

Hujus syllogismi propositio approbat hoc sorite,

*Si causa appetitus non est sita in nobis: ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate.*

*Si appetitus non est in nostra potestate: ne illa quidem quæ appetitu efficiuntur, sita in nobis sunt.*

*Si illa quæ appetitu efficiuntur, non sunt sita in nobis: non igitur neque assensiones, neque actiones, in nostra potestate sunt.*

*Si neque assensiones neque actiones in nostra potestate sunt: ex eo efficitur, ut neque laudationes justæ sint, neque vituperationes, nec honores, nec supplicia. Ergo*

*Si causa appetitus non est sita in nobis: sequitur, nec laudationes, nec vituperationes, &c. justas esse.*

Atque hæc de sorite. Sunt & qui dilema pro nova & peculiari argumentationis specie habeant: atque id cornutum argumentandi genus vocant, quia duobus utrinque veluti cornibus feriat: quum tamen dilemma nihil aliud sit quam syllogismus disjun-

disjunctus cum duobus connexis, ita ut in unoquoque dilemmate tres syllogismi sint. Exempli gratia:

*Si improbus est: cur uteris?*

*Si probus: cur accusas?*

Hic tres syllogismi sunt: Primus, connexus modi primi: quod concluditur quaestio proposita:

*Si probus est, non debes accusare:*

*Sed est probus: Ergo*

*Non debes accusare.*

Secundus, disjunctus: isque prosyllogismus assumptionis syllogismi principalis:

*Aut improbus est, aut probus:*

*Non autem improbus:*

*Probus igitur.*

Tertius, connexus secundi modi: isque prosyllogismus assumptionis prosyllogismi primi:

*Si improbus esset, non eo uteris:*

*Atqui uteris:*

*Non igitur improbus est.*

Ioan. 18, 23. Christus quum a ministro pontificis maximi injuste caesus esset, tali dilemmate eum reprehendit:

*Si male loquutus sum: testare de malo.*

*Sin bene: cur me caedis?*

Quaestio est, an iuste eum percusserit? Dominus negat: & negationem dilemmate probat, quod his tribus syllogismis constat.

Primus, connexus primi modi,

*Si bene loquutus sum, iniuste me caedis:*

*Sed bene loquutus sum: Ergo*

*Iniuste me caedis.*

Secundus, disjunctus: isque prosyllogismus assumptionis syllogismi principalis:

*Aut bene loquutus sum, aut male:*

*Non autem male loquutus sum:*

*Bene igitur.*

Tertius, connexus modi secundi: isque prosyllogismus assumptionis prosyllogismi primi:

*Si male loquutus sum: testare de malo.*

*At non potes testari de malo.*

*Non igitur male loquutus sum.*

Celebre est Biantis dilemma de non ducenda uxore: Aut enim pulchram, inquiebat, duces: aut deformem. Si pulchram: habebis κοινόν. sin deformem: ποινόν. Vtrunque non est bonum. Igitur uxor ducenda non est. Hic similiter tres syllogismi sunt:

1.

*Omnis uxor aut pulchra est, aut deformis:  
Neutra durenda est:  
Nulla igitur prorsus ducenda est.*

2.

*Si pulchram duxeris: habebis κοινῆν:  
At qui non est habenda κοινῆ: non enim bonum.  
Ergo pulchra ducenda non est.*

3.

*Si deformem duxeris: habebis ποιῆν:  
At non est habenda ποιῆν: non enim bonum.  
Ergo deformis non est ducenda.*

Vtroq; profyllogismo approbatur propositio minor syllogismi principalis; priore prius illius membrum, poster. ore posterius. Sed hic propositio minor syllogismi principalis falsa est: falsa item major in profyllogismo utroque, quatenus neutra est καὶ πάλος, nam nec omnis pulchra uxor est κοινῆ, nec omnis deformis ποιῆν: quippe uxor casta & pia neque κοινῆ est, si fornicosa: neque ποιῆν, si deformis sit, nam castitas atque pietas & prostitutionem impedit, & deformitatem compensat.

## CAP. IO. DE SYLLOGISMO

*simplici contracto.*

Syllogismus, est simplex aut cōpositus: Simplex, ubi pars cōsequens quæstionis disponitur in propositione: pars antecedens in assumptione: estq; affirmatus é partib. omnib. affirmatis, negatus é negata antecedentium partium altera cum complexione: generalis é propositione & assumptione generalibus: specialis ex altera tantum generali: proprius ex utraque propria. Simplex syllogismus, est contractus partibus vel explicatus. Contractus, quando argumentum pro exemplo ita subjicitur particulari quæstioni,

ni, ut utramque partem antecedens & assumptione affirmatum intelligatur:

*Quaedam confidentia est virtus, ut constantia.*

*Quaedam confidentia non est virtus, ut audacia.*

Hic enim argumentum, quæstionis utramque partem antecedere intelligitur, tanquam esset expressum, Constantiam esse virtutem & confidentiam: ideoque quandam confidentiam esse virtutem: item, Audaciam non esse virtutem, & tamen esse confidentiam: ideoque quandam confidentiam non esse virtutem. Sic usus differendi, magister syllogistici iudicii contrahitur, nec aliter explicatur. Atque ista expositio principium syllogismi partibus explicati ab Aristotele efficitur, tanquam per se pleno syllogismi iudicio sit clarior & illustrior.

*Simplex aut compos.*] Hæ appellationes ex argumēti dispositione sumptæ sunt: quod aut disponitur cum quæstionis partibus sigillaem, aut cum tota quæstione, id est, cum utraque quæstionis parte conjunctim. Vulgò divisio ista traditur his verbis, Syllogismus aut est categoricus aut hypotheticus: quæ appellationes similiter à partibus, id est, enuntiativis quibus syllogismi constant, desumptæ sunt. Cæterum de illa divisione idem sentiendum est quod de divisione propositionis consimili: de qua diximus in caput 5. Alias appellari possit syllogismus simplex qui unicus est, id est, qui unam conclusionem concludit, sive is est simplicibus sive est compositis enuntiativis constet: Compositus autem, qui multiplex est, id est, qui non unam tantum conclusionem, sed duas pluresve concludit: cuiusmodi syllogismus sorites dicitur. *Pars consequens quæstionis*] Non autem tota quæstio, ut fit in syllogismo composito. Quæstionis vocabulum hic intellige ut supra cap. 8. nempe partim per synecdochen generis, de quæstione conjuncta: partim per metonymiam adjuncti, de enuntiato dubio quod in quæstionem vocatur, seu de quo quæstio movetur. *Consequens*] Vulgò prædicatum, item terminus major. *In propositione*] Vulgò, In propositione maiore. *Antecedens*] Vulgò subiectum, item terminus minor. *In assum-*

ptione] Vulgò, In propositione minore. Hæc igitur syllogismi simplicis definitio vulgò comprehenderetur his verbis, Syllogismus categoricus est in quo uterque terminus quæstionis cū medio singulatim disponitur, major quidem in propositione majore, minor verò in minore. *Estq; affirmatus*] Sequitur duplex divisio syllogismi simplicis: altera in affirmatum aut negatum: altera in generalem, aut specialem, aut proprium. Quarum divisionum prior non videtur esse *καθόλου πρώτων*, id est reciproca: cū similiter dividi possit syllogismus compositus: in posteriori autem partes duæ posteriores nō sunt inter se dissentaneæ, sed consentaneæ: nam proprius syllogismus est etiam specialis: est enim illius species: planè ut enuntiatum proprium enuntiatum specialis species est: ut traditum est cap. 4. Posterior itaque divisio sic fuerat proponenda: Syllogismus simplex aut generalis est aut specialis: specialis autem rursus aut infinitus aut proprius. *Contractus partibus*] Author studio dichotomiæ, trichotomiam Aristotelis in tres figuras neglexit: & studio methodi, ex tertia figura primam, & vicissim ex prima tertiam fecit. *Quando argumentum*] Tertia figura Aristotelica vulgò sic definitur: Tertia figura est in qua medium est subjectū in utraque præmissa. Porro species syllogismorum sub singulis generibus seu figuris comprehensæ, vulgò appellantur modi, & artificialibus quibusdā vocabulis nominantur: quorū singulæ syllabæ ad singula syllogismi enuntiatum applicantur, ad indicandū eorum tum qualitatem, tum quantitatem, tum etiam in secunda & tertia figura, reductionis requisita, id est, ea quæ requiruntur quæque fieri oportet, quum syllogismi secundæ & tertiæ figuræ ad primam figuram reducuntur, id est, syllogismis primæ figuræ permutantur. Illa vocabula his quatuor versibus continentur:

1. *Barbara, Celarent, prima, Darii, Ferioq;*
2. *Cesare, Camestres, Festino, Baroco, secunda;*
3. *Tertia grande sonans tibi dat Darapti, Felapton:*  
*Adjungens Disamis, Datifi, Bocardo, Ferison.*

In quib. vocabulis obseruandæ sunt quatuor vocales, A, E, I, O: quatuor item consonantes initiales, B, C, D, F: nec non quatuor consonantes mediæ, S, P, M, C. Vocales indicant propositionū seu enuntiationum syllogismi quantitatem & qualitatem:

nempe	A	universalem affirmativam.
	E	universalem negativam.
	I	particularem affirmativam.
	O	particularem negativam.

Consonantes initiales admonent, qui modi ad quos reducendi sunt, nempe unusquisque ad eum modum primæ figuræ qui incipit ab eadem litera: ut ad Barbara reducuntur Baroco & Bocardo: ad Celarent reducuntur Cesare, Camestres, &c. Consonantes



antes mediæ indicant requisita reduccionis, juxta hos duos  
versus,

S vult simpliciter verti, P veró per acci.

M vult transponi, C per impossibile ducti.

Id est,

S	} indicat	{	Simplicem conversionem.
P			Per accidens conversionem.
M			Mutatione loci seu μεταθέσει, id est, transpositione præmissarũ.
C			Cõtradictoriã propositione, seu conclusionem absurdam.

Tertiæ igitur figuræ sex traduntur modi: Darapti, Felapton, Disamis, Datifi, Bocardo, Ferifon. His noster author duos alios olim adjecit, eorum scilicet syllogismorum qui vulgò Expositorii dicuntur: quorum videlicet medium seu argumentum est res singularis seu individuũ. Dicuntur autem Expositorii, quòd terminus minor per medium exponatur; tanquam per exemplum speciale. Verum istiusmodi expositio etiã in cæteris modis locum habet: ut non sit καθόλου πρώτων, id est, propria expositoriorum (qui dicuntur) syllogismorum. Porrò exempla olim ab autore proposita, vulgò in scholis sic proponerentur:

I.

Da O. constantia est virtus:  
rap O. constantia est confidentia: Ergo  
ti Q. confidentia est virtus.

2.

Fe N. audacia est virtus:  
lap O. audacia est confidentia: Ergo  
ton Q. confidentia non est virtus.

3.

Dis Q. sapiens est dives:  
am O. sapiens est laudabilis: Ergo  
is Q. laudabilis est dives.

4.

Da O. sapiens est laudabilis:  
tis Q. sapiens est pauper: Ergo  
i Q. pauper est laudabilis.

5.

Boc Q. docti non sunt boni:  
ar O. docti norunt veritatem: Ergo  
do Q. qui norunt veritatem, non sunt boni.

6.

Fe *N. stultus est beatus:*  
 rif *Q. stultus est fortunatus: Ergo*  
 1 *Q. fortunatus non est beatus.*

7.

*Socrates est philosophus:*  
*Socrates est homo: Ergo*  
*Q. homo est philosophus.*

8.

*Thersites non est philosophus:*  
*Thersites est homo: Ergo*  
*Q. homo non est philosophus.*

*Contrahitur*] Atque hæc causa P. Râmo fuit, ut modos illos syllogismorum explicatorum tertiæ figuræ Aristotelicæ, olim à se traditos, expunxerit. *Expositio*] Qua scilicet exponitur quæstionis antecedens, tanquam genus per speciem seu exemplum: cuius nota est conjunctio Vt. hinc factum puto, ut syllogismi hujus figuræ expositorii dicti sint.

## CAP. II. DE PRIMA SPECIE SYLLOGISMI SIMPLICIS EXPLICATI.

In syllogismo explicato "propositio est" generalis aut propria, & conclusio similis "antedecenti aut" parti "debiliori: Species duę sunt, prima ubi "argumētum" semper "sequitur, negatum in" altera parte.

### GEN. I.

Ces *Turbatus non bene utitur ratione:*  
 a *Sapiens bene utitur ratione:*  
 re *Sapiens igitur non est turbatus.*

Hoc iudicium ita fit à Cic. 3. Tus. Et quemadmodum (ait) oculus conturbatus, non est probé affectus ad suum munus fungendum: & reliquę partes, totūque corpus à statu cūm est motum, deest

deest officio suo ac muneri: sic conturbatus animus non est probé affectus ad exequendū munus suum. Munus aut animi est, ratione uti: & sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optimé utatur: nunquam igitur est perturbatus.

## G E N. 2.

Cam *Res mortalis est composita:*

es *Animus non est compositus:*

tres *Animus igitur non est mortalis.*

Cic. 1. Tulc. hoc syllogismo iudicat animum immortalem esse. In animi autem cognitione (inquit) dubitare nō possumus, nisi forté in phisicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cū ita sit, certé nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest: nec interire igitur. Est enim interitus, quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

## S P E. I.

Fel *Lividus non est magnanimus:*

ti *Maximus est magnanimus:*

no *Maximus igitur non est lividus.*

Hoc iudicio Ovid. 3. de Pont. Eleg. 3. cōcludit:

*Livor, iners vitium, mores non exit in altos:*

*Vique latens in a vipera serpit humo:*

*Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum,*

*Grandius ingenio nec tibi nomen inest.*

*Ergo alii noceant miseris, optentq; timeri,  
Tinctaque mordaci spicula felle gerant.  
At tua supplicibus domus est assueta juvandis,  
In quorum numero me precor esse velis.*

## S P E. 2.

Ba Saltator est luxuriosus:  
 roc Muræna non est luxuriosus.  
 o Muræna igitur non est saltator.

Cic. pro Mur. Nemo enim feré saltat sobrius, nisi forté insanit, neq; in solitudine, neq; in convivio moderato atq; honesto: Intempestivi convivii, amœni loci, multarū deliciarum comes est extrema saltatio: Tu mihi arripis id, quod necesse est omnium vitiorū esse postremum: relinquis illa, quibus remotis hoc vitiū omnino esse non potest: nullum turpe convivium, nō amor, non comessatio, non libido, nō sumptus ostenditur: & cū ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt, in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbrā luxuriæ reperturum putas? Hoc iudicii modo Ovidius i. Trist. Eleg. i. tripliciter concludit, dum carminum suorum excusationem exponit:

*Carmina proveniunt animo deducta sereno:  
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.  
Carmina secessum scribentis & otia querunt:  
Me mare, me venti, me fera jactat hyems.  
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem  
Hæsurum jugulo jam puto jamque meo.*

*Hæc*

*Hæc quoque quæ facio, iudex mirabitur æquus:  
Scripta q̄, cum venia quali acunq̄, leget.*

## P R O. I.

*Agésilauſ non eſt pictus ab Apelle:  
Alexander eſt pictus ab Apelle:  
Alexander igitur non eſt Agéſilauſ*

## P R O. 2.

*Cæſar oppreſſit patriam:  
Tullius non oppreſſit patriam:  
Tullius igitur non eſt Cæſar.*

In hoc capite agit de ſecunda figura Ariſtotelis: quæ vulgo ſic definitur, In qua medium eſt prædicatum in utraque præmiſſa. *Propoſitio*] Vulgo propoſitio maior. *Generalis aut propria*] Vulgo univerſalis aut ſingularis. *Antecedenti*] Vtrique præmiſſæ. *Parti*] Præmiſſæ. *Debiliori*] Nempe negativæ, item particulari. *Argumentum*] Vulgo medium. *Semper*] Id eſt, in utraque præmiſſa. *Sequitur*] Prædicati locum tenet. *Alterâ parte*] Præmiſſa vel majore, vel minore. *Agéſilauſ*] Sequentes duo modi in quibus præmiſſæ ſunt propoſitiones ſingulares, ſeu (ut noſter author loquitur) enuntiata propria, vulgo non traduntur: ſed non minorem ſuperioribus modis firmitatem habent, atque etiam æquæ frequentem uſum habere poſſint: ut quum de duobus quæritur, utrum ſit unus & idem: Multi enim binomines ſunt: & aliter ab hoc, aliter ab illo nominantur. Sæpe etiam duo idem nomen habent, ut unus & idem eſſe putari poſſit. Argumenta igitur quibus ejuſmodi perſonæ diſcernuntur, aut etiam aliæ res ſingulares ſuis propriis nominibus appellatæ, in hac figura concluduntur. Quapropter utiliter ab authore hi modi anaotati ſunt. Liquet autem ex huiuſmodi ſyllogiſmis, vulgo perperam in doctrina ſyllogiſmorum propoſitiones ſingulares haberi pro particularibus. Nam ex puris particularibus nihil ſequitur: at ex puris ſingularibus non nihil ſequitur, ſed firmiter ex iis concluditur: ut liquet ex ſyllogiſmis propoſitis. Quin potiùs in concludendo propoſitiones ſingulares univerſalium vim habere videntur: hoc certè cum illis commune habent, quòd definitæ ſunt, hoc eſt, quòd ſubjectum earum rem certam ac definitam indicat: quum contrâ particulares indefinitæ

fiat, hoc est quarum subjectum nihil certi ac definiti indicat, sed animum auditoris per varias species vagari finit, incertum de qua aut quibus enuntiatum sit. Atque hinc Scholasticorum individuum vagum nominatum arbitror: ut cum dicitur, Quidam philosophus Atheniensis cicutam bibit. ubi non indicatur quis ille fuerit, nempe Socrates. Sic Christus discipulis dicebat in postrema cena, Unus vestrum me prodet. Unde illorum animus vagari incipiebat, & quod indefinitè dictum erat, quisque sua ipsius persona interrogando definire, dicendo, Domine, num ego sum? At ipse postea definitè ad Iudam Iscariotem applicabat.

CAP. 12. DE SECUNDA SPECIE  
*Syllogismi simplicis explicati.*

Secunda species explicati syllogismi est, quando "argumētum" antecedit in propositione, "lequitur" affirmatum in assumptione.

AFF. GEN.

Bar *Omne justum est utile:*  
ba *Omne honestum est justum:*  
ra *Omne igitur honestum est utile.*

Quod Cicer. 2. Offic. ita concludit: Summa quidem autoritate philosophi, severe sanè atque honestè hæc tria genera confusa, cogitatione distinguunt: Quidquid enim justum sit, id etiam utile esse censent: Itemque, quod honestum, idem justum: ex quo efficitur, ut quidquid honestum sit, idem sit utile.

NEG. GEN.

Ce *Timidus non est liber:*  
la *Avarus est timidus:*  
rent *Avarus itaque non est liber.*

Hoc

Hoc ita concluditur & judicatur ab Horatio  
1. Epist.

*Quo melior seruo, quo liberior sit avarus,  
In triviis fixum cum se demittit ob assem,  
Non video: nam qui cupiet, metuet quoq; porro  
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.*

Sic Terent. in Eunucho concludit & judicat:

*Consilii expers, consilio regi non potest:  
Amor est consilii expers:  
Consilio itaq; regi non potest.*

Syllogismus his verbis sequitur:

*Here, quæ res in se neque consilium neq; modum  
Habet ullum, eam consilio regere non potes.  
In amore omnia hæc insunt vitia: injuria,  
Suspiciones, inimicitia, inducia,  
Bellum, pax rursus: incerta hæc si tu postules  
Ratione certa facere, nihilo plus agas,  
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.*

## AFF. SPE.

Da *Consules virtute facti, studiosè Remp. tueri  
debent:*

ri *Cicero est virtute factus Consul:*

i *Cicero igitur Remp. studiosè tueri debet.*

Sic Orator diligentiam suam Agrar. 2. cōcludit & judicat: Nam cum omnium Consulum (ait) gravis in Republica custodienda, cura ac diligentia debet esse, tum eorum maximè qui non in incunabulis, sed in cæpo sunt Consules facti: Nul-  
li populo Romano pro me majores nostri spo-

ponderūt, mihi creditum est: á me petere, quod debeo, me ipsum appellare debetis. Quemadmodum cūm petebam, nulli me authores generis mei vobis commendarūt: sic si quid deliquerō, nullæ sunt imagines quæ me á vobis deprecētur. Quare modó ut vita supperat (quanquam ego sum is, qui eam possim ab istorum scelere insidiisque defēdere) polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide, Remp. vigilantī hominī, non timido, diligenti, non ignavo commisitistis.

*Quod optatum redierit, gratum est:*

*Lesbia Catullo optata rediit:*

*Grata igitur est.*

Catullus sic concludit:

*Si quicquam cupidoq<sub>3</sub> optantiq<sub>3</sub> obtigit unquam &*

*Insperanti, hoc est gratum animo propriē:*

*Quare hoc est gratum, nobis quoque charius auro,*

*Quód te restituis, Lesbia, m̄ cupido.*

*Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te*

*Nobis. ô lucem candidiore nota!*

*Quis me uno vivit felicior? aut magis hac quid*

*Optandum vita, dicere quis poterit?*

NEG. SPE.

Fe *Deceptor amantis puellæ non est laudandus:*

ri *Demophon est deceptor amantis puellæ, ut Phyllidis:*

o *Demophon igitur non est laudandus.*

Phyllis apud Ovidium ita iudicat Demophontem laudandum non esse:

*Fallere*



*Fallere credentem non est operosa puellam  
 Gloria: simplicitas digna favore fuit:  
 Sum decepta tuis & amans & foemina verbis,  
 Dii faciant laudis summa sit ista tua.*

## A F F. P R O.

*Octavius est heres Caesaris:  
 Ego sum Octavius:  
 Sum igitur heres Caesaris.*

## N E G. P R O.

*Antonius non est filius Caesaris:  
 Tu es Antonius:  
 Non es igitur filius Caesaris.*

Agit in hoc capite de prima figura Aristotelis: quæ vulgo sic definitur, Prima figura est in qua medium in majore præmissa est subjectum, in minore prædicatum. *Argumentum*] Vulgo, medium. *Antecedit*] Vulgo, subjectum est. *In propos.*] Vulgo, in præmissa majore. *Sequitur*] Vulgo, prædicatum est. *Affirm.*] Iuxta regulam, In prima figura ex minore negativa nihil sequitur, id est, nihil concluditur. *In assumpt.*] Præmissa minore. *Octavius*] Sequentes duos modos, itidem ut in secunda figura, vulgari doctrinæ adjecit noster author: in quibus præmissæ sunt propositiones singulares seu enuntiata propria: minor autem est propositio (ut vocant) identica: quippe in qua idem de seipso dicitur, nempe nomen proprium de ea persona aut re cujus est proprium. Quo loco obiter admonere libet, in verbis Domini de pane sacræ cœnæ, Hoc est corpus meum, Hoc est sanguis meus: non esse propositionem identicam, neque qualem Papistæ ponūt, neque qualem posuit Lutherus ejusque discipuli, nec denique qualem Carolostadius. Nam Papistæ quidem pronomen Hoc in priore enuntiatio referunt ad corpus Christi tanquam sub specie panis latens, in posteriore ad sanguinem Christi tanquam latentem sub specie vini: Lutherus autem retulit ad illa tanquam latentia sub ipso pane & ipso vino: Carolostadius verò ad corpus Christi in mensa sedens, sanguinemque in illius venis contentum retulit. Nulla harum expositionum vera est: Carolostadii tamen expositio veriùs ponit

propositionem identicam quàm reliquæ: quia pronomen Hoc ad verum Christi corpus refert: reliquæ autem ad fictitium & invisibile Christi corpus sub specie panis aut ipso pane: quale corpus si maxime esset, non tamen esset idem cū corpore Christi vero, visibili scilicet & palpabili. Malè vertitur, Hic est sanguis meus. nam hoc perinde est ac si diceretur, Hic sanguis est sanguis meus. Atqui pronomen τὸ τοῦ non ad sanguinem Christi, sed ad poculum refertur: ut liquet ex contextu, & declaratione apud Lucam & Paulum: ubi habetur, τὸ τοῦ ποτῆριου, id est, Hoc poculum.

### CAP. 13. DE SYLLOGISMO

*connexoprimo.*

Adhuc syllogismus simplex fuit: syllogismus cōpositus, est syllogismus, ubi "tota quæstio est pars altera" propositionis "affirmatæ & cōpositæ: argumentum est pars reliqua." Tollere autem in composito syllogismo, est specialem contradictionem ponere. Syllogismus compositus, est "cōnexus aut disjunctus. Syllogismus cōnexus, est syllogismus compositus propositionis connexæ, estque duorum modorum: primus modus syllogismi connexi est, qui assumit antecedens, & consequens concludit. Quomodo Cicero judicat & concludit lib. 2. de Divinat.

*"Si dii sunt, divinatio est:*

*Sunt autem dii:*

*Divinatio est igitur.*

3. Offic. Atque si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quòd is homo sit, consultum velit, necesse est secundum eandem naturam, omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est, una  
 conti-

continemur omnes & eadem lege naturæ: Idque ipsum si ita est, certé violare alterum lege naturæ prohibemur: verum autem primum, verum igitur & extremum.

Sic AENEID. 4. Dido judicat AENEÆ remanendum esse:

*Mene fugis? per ego has lachrymas dextramque  
tuam, te,*

*Quando aliud mihi jam misera nil ipsa reliqui,  
Per connubia nostra, per inceptos hymenæos,  
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam  
Dulce meum: miserere domus labentis, & istam,  
Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem:  
Te propter Libycæ gentes Nômadumque tyrannum  
Odere, infensi Tyrii: te propter eundem  
Extinctus pudor, & qua sola sydera adibam,  
Fama prior: cui me moribundam deseris hospes?*

Frequenter hîc non assumitur idê, sed majus, ut I. Catil. Si te parentes timerent atque odissent tui, neque illos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquó concederes: nunc te patria (quæ communis est omnium nostrum parens) odit ac metuit, & jamdiu nihil de te judicat, nisi de parricidio suo cogitare: hujus tu neque auctoritatem verebere? neque judicium sequere? neque vim pertimesces? Concludendi modus hic idem est, quando propositio est relata tēporis: quo genere nympha OENONE apud OVIDIUM concludit errorem stultitię suæ:

*Cum*

*Cum Paris OEnone poterit spirare relicta,*

*Ad fontem Xanthi versa recurret aqua:*

*Xanthe retró propera, verſaque recurrite lymphæ:*

*Suſtinet OEnonen deſeruiſſe Paris.*

*Compoſitus*] Vulgò hypotheticus. *Tota quaſtio*] Non pars tantum quaſtionis, ut in ſimplici ſeu categorico. Quaſtio autem, id eſt propoſitio probanda ſeu enūtiatum dubium de cujus veritate quaeritur. Metonymia adjuncti. *Propoſitionis*] Vulgo vocant propoſitionem majorem, & in ſyllogiſmis hypotheticis Copulatum. *Aſſirmatæ*] Vnde pendeat aſſirmatio & negatio in enuntiato compoſito, vide ſuprà cap. 4. nempe ex ipſa conjunctione qua enuntiatia inter ſe componuntur: quo fit ut enuntiatum compoſitum aſſirmativum eſſe poſſit, etiamſi é ſimplicibus negativis conſtet: ut, Si non eſt reſurrectio mortuorum: etiam Chriſtus non reſurrexit. Enuntiatum connexum eſt, conſtans é ſimplicibus negatis: at ipſum tamen aſſirmatum eſt: aſſirmatur enim ipſa conſequentia ſeu conſequentio, quòd ſcilicet poſterius ex priori ſequatur. quaſi dictum eſſet, Si non eſt reſurrectio mortuorù; ſequitur ex eo, Chriſtum non reſurrexiſſe. Cæterum quod hîc dicitur, non videtur eſſe κατὰ πάλιν: eſſicitur enim ſyllogiſmus compoſitus etiam é propoſitione negata: ut ipſe auctor tradit infrá cap. 15. nempe é propoſitione copulata negata: ut,

*Non é dies eſt é nox eſt:*

*At dies eſt:*

*Non igitur nox eſt.*

Sed notandum, ejuſmodi enuntiatum æquipollere connexo, cujus prior pars aſſirmata, poſterior negata ſit: ac ſi diceretur, Si dies eſt, nox non eſt: Vel, Si nox eſt, dies non eſt. Hujusmodi autem connexum aſſirmatum eſt, quia aſſirmatur conſequentis enuntiatii ex antecedente conſequentio: quaſi diceretur, Si dies eſt, ſequitur noctem non eſſe. *Tollere autem*] Quia poſt in definitionibus modorum utetur tollendi verbo, priùs illud declarat: ne quis putet, tollere idem eſſe quod negare. Tollere igitur, inquit, in ſyllogiſmo compoſito, eſt ſpecialem cõtradictionem ponere. Vno verbo, eſt Cõtradicere: Contradicitur autem ut aſſirmationi negando, ſic negationi aſſirmando. Specialem autem contradictionem vocat qua vel de ſpecie negatur quod de toto genere (atque ita etiam de illa ſpecie) fuit aſſirmatum: vel contrá. item qua de ſpecie aliqua ſpecialiſſima, id eſt (ut vulgò vocant) individuo ſeu re ſingulari idem aſſirmatur & negatur. *Connexus aut diſjunctus*] Vulgò, Syllogiſmus hypotheticus eſt aut conditionalis aut diſjunctivus. Plura genera non ſunt: **nam** enuntiatum copulatum ſi aſſirmatum ſit, ἀσυνλόγιστος eſt: ſi negatum,

tum, æquipollet connexo, ut dictum est: discretivum denique enuntiatum ἀσολλόγιατον quoque est. *Si dii sunt*] Illustremus hūc locum exemplis sacrarum literarum. Matth. 6,

vers. 30. *Si herbam agri vestit Deus, multo magis vestiet suos filios.*

vers. 29. *At herbam agri vestit Deus.*

vers. 31. *Ergo multo magis vestiet suos filios.*

Matth. 7. ψf. 11, *Si vos nostris dona bona dare liberis vestris; multo magis pater vester qui est in cælis, dabit bona iis qui ab ipso petent.*

ψf. 9 & 10. *Sed vos nostris dona bona dare liberis vestris.*

vers. 8. *Ergo multo magis Deus dabit bona petentibus.*

Marc. 9. ait Christus patri cujusdam habetis spiritum impurum, ipsiusq; opem imploranti, Si potes hoc credere, omnia fieri possunt credenti. quasi dicat: Si credis, ejiciam spiritum impurum. Assumit ille, Credo Domine: succurre incredulitati meæ. Concludit Christus ipso facto, ejiciens illum spiritum.

Ioan. 15, 20. Si me persequuti sunt (ait Dominus Apostolis) & vos persequentur. Assumptionem & conclusionem suppleendam relinquit, illam tanquam notam, hanc tanquam perspicuam.

CAP. 14. DE SYLLOGISMO  
CON. 2.

Secundus modus connexi tollit consequens, ut tollat antecedens:

*Si ulli rei sapiens assentietur usquam, aliquando etiam opinabitur:*

*Nunquam autem opinabitur:*

*Nulli igitur rei assentietur.*

Eodē syllogismo Ovidius 2. Trist. stultitiam suam judicat:

*Si saperem, doctas odissem jure sorores,*

*Numina cultori pernicioosa suo:*

*At nunc (tanta meo comes est insania morbo)*

*Saxa memor refero rursus ad ieta pedem.*

Hæ duæ syllogismi species sunt omnium usitatissimæ.

*Si ulli rei*] Nos hîc rursus afferamus exempla é sacris literis. Ioan. 5, 46. ait Christus ad Iudæos: Si crederetis Moysi, crederetis mihi. At non creditis mihi: Ergo nec Moysi: & per consequens, Moses accusabit vos apud patrem meum. Assumptionem omittit ut notam: conclusionem item, ut perspicuam.

1. Cor. 15,

vers. 13 & 16. *Si resurrectio mortuorum non est: (Christus quoque non est excitatus.*

vers. 20.

*Nunc autem Christus excitatus est ex mortuis.*

*Ergo resurrectio mortuorum est.*

1. Corinth. 11, 6. Nam si non velatur mulier, etiam tondeatur: quod si turpe mulieri tonderi aut radi, veletur.

*Si mulier non velanda, tondenda igitur.*

*Non autem tondenda: quia turpe.*

*Velanda igitur.*

Gal. 3, 18. Nam si ex Lege est hæreditas, non jam ex promissione: Abrahæ verò per promissionem gratificatus est Deus hæreditatem.

*Si hæreditas est ex Lege, non est ex promissione:*

*Sed est ex promissione: sic enim contigit Abrahæ;*

*Non igitur ex Lege.*

Sic Rom. 4, 14. Etenim si ii qui ex Lege sunt, hæredes sunt: inanis facta est fides, & vana reddita est promissio.

#### NOTA.

Reperiuntur quoque syllogismi connexi, in quibus tollitur antecedens, ut tollatur consequens: ut Ioan. 15, 19. Si ex mundo essetis, mundus quod suum effamaret: quia verò ex mundo nō estis, sed ego eleghi vos ex mundo; propterea odit vos mundus.

*Si ex mundo essetis, mundus vos amaret:*

*At ex mundo non estis: Ergo*

*Mundus non amat vos.*

Ibid. vers. 20. Si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt. Assumptionem & conclusionem cogitandam relinquit: nempe, Sed sermonem meum non servaverunt. Ergo nec vestrum servabunt. Ibid. vers. 22. Si non venissem & loquutus essem eis, peccatum non haberent: nunc autem non habent quod prætendant peccato suo. Assumptio tanquam nota omittitur, nempe, Sed veni & loquutus sum eis: notatur tamen conjunctione, Nunc autem, quasi dicat, Quia veni. Ibid. vs. 24. Si opera non fecissem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum. Assumptio est, Sed feci opera, &c. Conclusio, Ergo peccatum habent, id est, excusationem non habent. Sed hic notandum, huiusmodi syllogismos tum demum firmiter concludere,

concludere, cum partes propositionis, id est (ut vulgo loquuntur) antecedens & consequens copulati inter se reciprocantur: secus ἀσυλλογισία committeretur: ut,

*Si homo est asinus, certè homo est animal:*

*Sed homo non est asinus: Ergo*

*Homo non est animal.*

Hic ex veris præmissis conclusio falsa nata est: quia partes propositionis non sunt reciprocae. At in reciprocis verum concluditur hoc modo: ut,

*Si arbor sentit, certè arbor est animal:*

*Sed arbor non sentit: Ergo*

*Arbor non est animal.*

Hinc perspicitur, huiusmodi syllogismos non vi dispositionis argumenti, sed vi reciprocationis argumèti cum altera propositionis parte, ac proinde vi secundi modi concludere. Si enim partes propositionis per reciprocationem traducantur, secundus syllogismi connexi modus existit: ut,

*Si arbor est animal, arbor sentit:*

*Sed arbor non sentit: Ergo*

*Arbor non est animal.*

Eadem planè ratio est cur aliquando in simplicibus seu categoricis syllogismis in prima figura ex minore negante, vera inferatur conclusio: ut Ioan. 8, 47. ait Christus Iudeis, Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

*Qui ex Deo est, verba Dei audit:*

*Vos ex Deo non estis: Ergo*

*Vos non auditis verba Dei.*

Valet consequètia propter majoris reciprocationem, ac proinde vi secundæ figuræ: ut,

Ba *Qui verba Dei audit, ex Deo est:*

roc *Vos ex Deo non estis:*

o *Vos igitur non auditis verba Dei.*

## CAP. 15. DE SYLLOGISMO

### *disiuncto primo.*

Syllogismus disiunctus, est syllogismus compositus propositionis disiunctæ. Modi duo sunt: Primus tollit unum, & reliquum concludit, ut:

*Aut dies est aut nox est:*

*At dies non est:*

*Nox igitur est.*

Ciceronis pro Cluentio judiciū tale est : Sed cūm esset hæc illi proposita conditio, ut aut justē pieque accusaret, aut acerbē indigneque moreretur: accusare quoquo modo posset, quā illo modo mori maluit. Disjunctio clarior sic erit:

*Aut accusandum aut moriendum:*

*Non moriendum:*

*Accusandum igitur.*

Sicidem 2. Phil. ratiocinatur. Nunquam ne intelliges tibi statuendū esse, utrum illi qui istam rem gesserunt, homicidæ sint, an vindices libertatis? Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suscipe: & ego qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris: ut à te arguor, socius: nego quicquā esse medium: confiteor, illos, nisi liberatores populi Romani conservatoresque Reipublicæ sint, plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus quàm parricidas esse: si quidem est atrocius, patriæ parentem, quàm suum occidere. Tu homo sapiens & considerate, quid dicis? Si parricidæ, cur honoris causa à te sunt & in hoc ordine, & apud populum Rom. semper appellati? cur M. Brutus, te referente, legib. est solutus, si ab urbe plus quàm decem dies abfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur provinciæ Cassio & Bruto datæ? cur Quæstores additi? cur Legatorum numerus auctus? Atque hæc acta per te: non igitur homicidæ: Sequitur ut libera-



beratores tuo iudicio sint, quandoquidem tertium nihil potest esse. Si partes disjunctæ propositionis sint duabus plures, iudicandi cōcludendique ars erit eadem. Sic Cicero iudicat, Rabi-rium cum consulibus esse oportere: At qui videmus (ait) hæc in rerum natura tria fuisse, ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere autem, mortis et at instat turpissima: cum Saturnino esse, furoris & sceleris: virtus & honestas & pudor cum Coss. esse cogebat.

## CAP. 16. DE SYLLOGISMO DIS. 2.

Disjunctus secundus, é propositione partibus omnibus affirmata assunt: unum, & reliquum tollit, ut:

*Dies est, aut nox est:*

*At dies est:*

*Nox igitur non est.*

Sic Iuno cum Iove de Turno concludit, 10.  
Æneid.

*— Quid si quod voce gravaris,*

*Mente dares, atq; hæc Turno rata vita maneret?*

*Nunc manet in fontē gravis exitus, aut ego verè*

*Vana feror: quod ut o potius formidine falsa*

*Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.*

Ejusmodi syllogism<sup>9</sup> efficitur é propositione copulata negata, quæ negata complexio dicitur: quæque disjunctionis affirmatæ vim obtinet.

*"Non & dies est, & nox est:*

*At dies est:*

*Non igitur nox est.*

Nihil hîc video annotandum, quàm quòd syllogismi disjuncti ad connexos videantur posse revocari: permutatione scilicet propositionis, id est, enuntiatum disjunctum, in connexum. Nam quæcunque disjuncta enuntiatum vera sunt: eorum partes ita inter se comparatae sunt, ut si una affirmetur, reliqua necessariò neganda sit: & vicissim, si una negetur, reliqua sit affirmanda. quo fit ut enuntiatum disjunctum in ejusmodi connexa transmutari possint: ut,

*Aut dies est, aut nox est: Ergo*

*Si dies est, nox non est.*

Et vicissim, *Si nox est dies non est.*

Item, *Si dies non est, nox est.*

Et vicissim, *Si nox non est, dies est.*

Cæterum unusquisque disjunctus syllogismus potest permu-  
tari duobus cõnexis: altero primi, altero secundi modi. Primi mo-  
di fit, quò assumitur pars antecedens: secundi, quum cõsequens.

Disjunctus primi modi.

*Aut dies est, aut nox est.*

*At dies non est.*

*Nox igitur est.*

### Æquipollentes.

Connexus primi modi

*Si dies est, nox non est.*

*At dies non est.*

*Nox igitur est.*

Connexus secundi modi

*Si nox non est, dies est.*

*At dies non est.*

*Nox igitur est.*

Disjunctus secundi modi

*Aut dies est, aut nox est.*

*At dies est.*

*Nox igitur non est.*

### Æquipollentes.

Connexus primi modi

*Si dies est, nox non est.*

*At dies est.*

*Nox igitur non est.*

Connexus secundi modi

*Si nox est, dies non est.*

*At dies est.*

*Nox igitur non est.*

*Non & dies*] Hujusmodi quoque syllogismus d' connexum revocari posse, admonuimus suprà in caput 12. Idem enim est; ac si diceretur:

Connex. *Si dies est, nox non est.*  
 1. modi. *At dies est.*  
 Connex. *Non igitur nox est.* Vel,  
 2. modi. *Si nox est, dies non est.*  
*At dies est.*  
*Non igitur nox est.*

Talis est & hic syllogismus:

*Christus non & verus homo est, & suo corpore ubique est.*

*At Christus, verus homo est: teste Scriptura.*

*Non igitur ubique est Christus suo corpore.*

Sic: *Nemo potest simul servire Deo & mammona.*

*At omnis avarus servit mammona.*

*Nullus igitur avarus servit Deo.*

Quamquam hic syllogismus simplex est: quum habeat simplicem argumenti cum partibus quæstionis dispositionem. Idem enim est, ac si diceretur:

Cef *Nemo qui servit Deo, servit mammona.*

a *At omnis avarus servit mammona.*

re *Nullus igitur avarus servit Deo.*

Similiter syllogismus simplex esse potest, si maximè enūtiata in eo omnia composita sint: cujusmodi sunt syllogismi qui vocantur hypothetici δὲ τελευτῶν, per tria: item δὲ ἄλλω, per totū. Quorum appellationum posterior, foriti in primis tribui videtur, si ex puris cōnexis cōstet. Vtriusque generis syllogismus formari potest ex verbis Apostoli 1. Corinth. 15. versibus 13, 14, 15, & 17.

Δὲ τελευτῶν.

vers. 14 & *Si Christus non resurrexit: inanis est prædicatio nostra; inanis est & fides vestra; nosq; sumus falsi testes Dei.*

vers. 13. *Atqui si resurrectio mortuorum non est: Christus non resurrexit.*

*Ergo si resurrectio mortuorum non est: inanis est prædicatio nostra; inanis est & fides vestra, & c.*

Δὲ ἄλλω.

vers. 13. *Si resurrectio mortuorum non est: Christus quoq; non est excitatus.*

14. *Si Christus non est excitatus: inanis est prædicatio nostra.*

14. *Si inanis est prædicatio nostra: inanis est & fides vestra.*

17. *Si inanis est fides vestra: adhuc estis in peccatis vestris:*

*Ergo si resurrectio mortuorum non est: adhuc estis in peccatis vestris.*

CAP. 17. DE METHODO SE-  
*cundum Aristotelem*  
*unica.*

Methodus est dianoia variorum axiomaticum  
 homogeneorum pro naturæ suæ claritate præ-  
 positiorum, unde omnium in se convenien-  
 tia judicatur, memoriaque comprehenditur. At-  
 qui ut spectatur in axiomatico veritas & falsitas,  
 in syllogismo consequentia & inconsequentia:  
 sic in methodo consideratur ut per se clarius præ-  
 cedat, obscurius sequatur, omninoque ordo &  
 confusio judicatur. Sic disponetur ex homoge-  
 neis axiomaticis primo loco absoluta notione  
 primum, secundo secundum, tertio tertium, &  
 ita deinceps: ideoque methodus ab universali-  
 bus ad singularia perpetuò progreditur. Hac e-  
 nim sola & unica via proceditur ab anteceden-  
 tibus omnino & absolutè notioribus ad conse-  
 quentia ignota declarandum, eamque solam  
 methodum Aristoteles docuit.

CAP. 18. DE PRIMA METHODI  
*illustratione per exempla*  
*artium.*

Sed methodi unitatem exempla doctrina-  
 rum & artium præcipuè demonstrat præcipue-  
 que vindicant, quibus quamvis omnes regulæ  
 generales sint & universales, tamen earum gra-  
 dus distinguuntur: quantoque unaquæque ge-  
 neralior erit, tanto magis præcedet. Generalis-  
 sima loco & ordine prima erit, quia lumine &  
 notitia

notitia prima est: subalternæ consequentur, quia claritate sunt proximæ: atque ex his natura notiores præponentur, minus notæ substituentur, tandemque specialissimæ constituentur. Definitio itaque generalissima prima erit: distributio sequetur. quæ si multiplex fuerit, præcedet in partes integras partitio, sequetur divisio in species: partesque ipsa & species eodem ordine sunt rursustrahendæ ac definiendæ, quo distributæ fuerint: & transitionum vinculis si longior inter eas inter sit explicatio, colligandæ sunt: Id enim auditorem reficit ac recreat, atque ut res familiarius accipiatur, exemplo quoque familiari nobis utendum est. Omnes definitiones, distributiones, regulæ Grammaticæ repertæ sint, atque unaquæque sigillatim iudicata: omniaque hæc documenta variis tabellis inscripta, una confundantur & conturbentur in hydria aliqua, ut in Ollæ ludo fieri solet: hîc si quæras, quæ pars Dialecticæ te doceat has regulas ita confusas disponere & in ordinem redigere: primò locis inventionis nihil opus est, cùm sint omnia reperta: neque primo axiomatis iudicio, cùm unum quodque axioma probatum & æstimatum sit: neque secundo syllogismi iudicio opus, cùm sint omnes singularum rerum controversiæ his de rebus disceptatæ & conclusæ: sola methodus superest. Dialecticus igitur lumine methodi artificiosæ, seliget in hac urna definitionem Grammaticæ ( id enim est generalissi-

mum) & primo loco statuet: Grammatica est doctrina bené loquendi. tum requiret in eadem urna partitionem Grammaticæ & collocabit secundo loco: Partes Grámaticæ sunt duæ: Etymologia & Syntaxis. Deinceps in eodem vase definitionem Etymologiæ de vocibus separabit, & tertio gradu antecedentibus adjunget: tum vocis partes in literis & syllabis, speciesque in vocibus numeri & sine numero requiret, exituumque transitiones suis locis collocabit. Atque ita omnium etymologiæ partium definitiones, distributiones, colligationes, exempla denique specialissima in singulis disponet. Idéque in Syntaxi faciet. Hanc viam omnes artes sibi proposuerunt.

CAP. 19. DE SECUNDA METHODI  
*illustratione per exempla poëtarum,  
 oratorum, historicorum.*

Atqui methodus, non solúm in materia artium & doctrinarum adhibetur, sed in omnibus rebus, quas facilé & perspicué docere volumus: ideoque poëtae, oratores, omnesque omnino scriptores quoties docendum sibi auditorem proponunt, hanc viam sequi volunt, quãvis non usquequaque ingredientur atque insistant. Virgilius in Georgicis distribuit propositam materiam in quatuor partes, ut anté dixi: primoque libro res communes persequitur, ut Astrologiam, Meteorologiam, deque segetibus &

& earum cultu differit, quæ pars operis prima erat tūque trāsitiō adhibetur initio secundilibri:

*Hactenus arborum cultus & sidera cœli,*

*Nunc te Bacche canam:*

Deinceps scribit generaliter de arboribus, tum specialiter de vitibus. Trāsitiō secunda adhibetur ad tertiam partem, sed imperfectior & sine epilogo. Tertii libri initio de bobus, equis, ovibus, capris, canibus:

*Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus*

*Pastor ab Amphryso.*

Tandem initio quartilibri transitio tertia est de quarta parte, sed item imperfecta é sola propositione de apibus:

*Protinus aëri mellis sylvestria dona*

*Exequar.*

Sic igitur Poëta generalissimum primo, subalterna medio, specialissima extremo loco ponere studuit. Sic Ovid. in Fastis, dispositionis hujus gratiam sequitur: proposuit initio summum operis:

*Tempora cum caussis Latium digesta per annū,*

*Lapsaque sub terras orta que signa canam.*

Mox imploratione facta, partitionem anni statuit, factam á Romulo primū in decem menses, quam reprehendit:

*Tempora digereret cūm conditor urbis, in anno*

*Constituit menses quinque bis esse suo.*

Et pauló póst Numæ divísióem pleniórem adjungit:

*At Numa nec Ianum nec avitas præterit umbras:  
Mensibus antiquis præposuitque duos.*

Denique Poëta commúnès differentias interpretatus diei fasti, nefasti, comitialis, nundinalis, calendarum, nonarum, iduum, tum atri, tandem unumquenque mensem suo loco profequitur, & præfatione ordinis hujus á generabilibus ad specialia studium indicat:

*Hæc mihi dicta semel totis hærentia fastis,  
Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.*

Tandem singulis partibus expositis transitio conjungitur, ut in fine 1. & initio 2.

*Sed jam prima mei pars est exacta laboris,  
Cumque suo finem mense libellus habet.*

*Ianus habet finem, cū carmine crescat & annus:  
Alter ut it mensis, sic liber alter eat.*

In singulis libris postea transitiones adhibentur, sed minus accuratè. Oratores in proæmio, narratione, confirmatione, peroratione hunc ordinem affectant, eumque artis & naturæ & rei ordinem appellant, & interdum studiosius affectantur: ut in accusatione Cicero primùm proponendo, tum partiendo, Quæstor (inquit) Cn. Papyrio Cos. fuisti ab hinc annos quatuordecim, & ex illa die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco, hora nulla vacua furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. Propositio hic & definitio summæ rei est, tanquam in hoc iudicio



cio generalissima. Partitio sequitur: Hi sunt anni consumpti in Quæstura & legatione Asiatica, & Prætura urbana, & Prætura Siciliensi: quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Quas partes quatuor earumque partium particulas deinceps suo quoque ordine & loco tractavit, & transitionibus copulavit, tres primas tertio libro: Quãobrem (ait) Quæstura istius demonstrata, primiq; magistratus & furto & scelere perspecto, reliqua attendite. Tum veró expositis legationis criminibus, transitio ad Præturam sequitur: Verúm ad illam jam veniamus præclaram Præturam, criminaque ea, quæ notiora sunt his, qui adsunt, quàm nobis, qui meditati ad dicendum parati que venimus. Transitio hæc imperfectior est sine epilogo: tandem principio quartæ orationis transitio est consimilis ad quartam partem de Prætura Siciliensi: multa mihi necessarió, iudices, præmittēda sunt, ut possim aliquo modo de iis rebus, quæ meæ fidei commissæ sunt, dicere: recepi enim causam Siciliæ: ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Sic Livius summam septingentorum annorum initio cōplectitur, tum per decades dividit.

## CAP. 20. DE CRYPTICIS

*methodi.*

Hæc igitur in variis axiomatis homogeneis suoque vel syllogismi iudicio notis methodus

erit, quoties perspicuè res docenda erit: At cùm delectatione motiue aliquo majore, in parte aliqua fallendus erit auditor, homogenea quædam rejicientur, ut definitionum, partitionum, transitionumque lumina: quædam assumentur heterogenea, velut digressiones à re & in re cõmorationes, sed præcipuè rerum ordo initio inverteretur, antecedentiæque nonnulla cõsequentiis postponentur. Itaque ad illam perfectæ methodi regulam hæc alicubi imperfectior forma non solum detractis rebus mutila est vel superadditis redundat, sed ordinis sui quibusdam gradibus inversis præpostera est. Quod Poëta facit majore quadam artificii specie, dum populum ducendum sibi proponit, id est, belluam multorum capitum, ideoque variis modis decipit, incipit à medio, ibique primum sæpe comprehendit, postremum denique incerto aliquo & inopinato casu concludit. Sic (ut Horatius ait) Homerus Iliada disposuit:

*Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo:  
Semper ad eventum festinat, & in medias res  
Non secus ac notas auditorem rapit: & qua  
Desperat tractata nitefcere posse, relinquit.  
Atque ita mentitur, sic veris falsare miscet,  
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.*

Sic Virg. Æneam à Sicilia exceptit, & in convivio Carthaginis præterita narrantem fecit: postrema variis perturbata casibus induxit. Sic Comici poëte tametsi magno judicio comædias

dias per actus & scenas distinguunt, efficiunt tamen ut omnia fortuita videantur. Oratores veró ad victoriam omnia referunt. Itaque non tam docendi, quám permovendi gratia firmissimum quodque primum ab iis collocatur, dum tamen ea quæ æquæ excellent, servantur etiam ad extremum, & Homerica dispositione mediocria in mediam turbam atque in gregem conferantur.

Doctrinam hanc de methodo verissimam, & exemplis ætium (videlicet Grammatices, Rhetorices, & Dialectices) á nostro authore optimé traditarum, satis testatam atque confirmatam esse judico.

Pagina 18, versu 11, pro *utro*, reponere *altero*. P. 56, v. 10, dele *sen*. P. 97, v. 32, *duorum* pro *trium* rectius.

F I N I S.

Soli Deo gloria.

RERVM PRÆCIPVA-  
RVM, HISCE ANIMADVERSI-  
ONIBUS CONTENTARUM,  
INDEX.

<b>A</b> djacētia, pagina 38, versu 10	Artes duplices, πολιτικῆ & πρακτικῆ
Adjunctorum divisio 38, 11	χρηστικῆ 12, 19
Adjunctorum ex empla e sacris literis 38, 25	Artis definitiones duæ; altera Luciani, altera Aristotelis 12, 13, 18
Adversã, aut mediata aut immediata 44, 3	Artium conformandarum tres auctores leges 108, 25
Aeneæ argumētatio de Venere Æneid. 1. ἀνακόλουθος 41, 2	Artium præcepta 100, 21
Affirmatio unde oriatur 110, 18.	Attributum 110, 29, 32
140, 10	Avaritia & liberalitas quomodo opponantur 42, 15, 25
Agabi testimoniũ de vinculis Panili 98, 26	contra Autoritatem humanam loci insignis Ciceronis 101, 29
Apologi 67, 32	Bianis dilemma 12, 42
Apophthegmata 100, 21	de Bonis operib. argumentatio Pontificiorum examinatur 53, 3
Apparitiones Angelorum 99, 1	Bonorum divisio Peripatetica reprehenditur & emendatur 85, 6
Apparitiones Dei 98, 44	Casus, πλώσεις 70, 32
Arguere quid 15, 43	Causarum quatuor genera ad διαχοτομίαν revocata 19, 28
Argumenta assumpta quo sensu dicantur Ciceroni 102, 40	Causarum alia διαχοτομία 19, 27
Argumentã di regule seu axiomata an sint necessaria 22, 8	Causatum quadruplex 31, 24
Argumentationis divisio vulgaris reprehenditur 120, 6	Ceremonie 97, 21
Argumentationis speciem unicam esse, nempe syllogismum, demonstratur ibid.	Χρηματισμὸς 99, 6
Argumenti definitio Ramea examinatur 15, 46	Communitèr accidentia 38, 10
Argumenti divisio Aristotelica in artificiale & inartificiale reprehenditur 17, 31	Comparatio 50, 25
Argumenti divisio Ciceroniana in insitum & assumptum approbatur 17, 40	Conclusio est potius syllogismi effectus quam pars 119, 27
Argumenti nomine quid intelligat Ramus 104, 16	A Concreto ad abstractum 71, 24
Argumenti usus duplex explicatur 16, 5	Confessiones in tormentis 100, 3
Argumentũ propriè sumptũ 118, 22	Conjugatorum definitio Aristotelica 70, 30
	Conjugatorum definitio Ciceroniana ibid. 22
	Conjugatorum quorundam ἀνακόλουθια notanda 71, 16
	Conjugatorum usus ad jocandum 71, 3

# I N D E X.

<i>A</i> Conjugatis quædam argumenta simul vni habent a pari	71,32	niatur	88,42	
Coniuncta	38,10	Dilemma quid	124,42	
Connexis enuntiativis affirmatis contradi-ccendi ratio duplex	114,24	Dilemma Biantis	125,42	
Consequentia a negatione ad affirmationem in quibus oppositis valeat	40,30	Dilemmatis Christi Ioan.18. analysis	125,20	
Consequentia regula, ab Est secundi adiecti	35,24	Discretum enuntiatum opponitur copulato: connexo non ite	115,15	
Consequentia regula, ab Est tertii adiecti	39,2	Disiuncti enuntiativis materia	116,28	
Cotingens verum, ite, falsum	107,18	Disiuncti enuntiativis negatio duplex	117,7	
Contradictio specialis quæ dicatur Ramo	111,1.140,37	Dispositio cur appellata sit iudicium	104,24	
Contradictionem implicare quæ dicantur	45,33	Disputare	13,5	
Contraria quæ dicantur Ciceroni	42,13.53,10	Differere	12,33	
Contrariorum axioma Ciceronianum in cuiusmodi terminis locum habeat	53,27	Dissimilium exempla e sacris literis	69,3	
de Contrariorum consecutione axioma Ciceronis illustratur exemplis	53,12	Distinctio nominis in significata	86,30	
Contrarium unum an opponatur pluribus	42,14	Distributionis ex adiunctis exemplum Theologicum	86,20	
in Copulatis enuntiativis ratio negandi duplex	112,24	Distributionum e singulis causarum generibus exempla	77,28	
Definiendi duo modi: alter prolixior, alter brevior	88,31	Diversorum usus	39,30	
Definitionis partes, genus & differentia	88,3	Divinationes	96,42.99,40	
Definitionis usus precipuus	87,32	Divisio quo di crimine enuntietur de specie generis divisi, & de ipso genere diviso	116,30	
Definitione & definito argumentandi ratio	87,29	Divisionum vitiosarum exempla	75,18	
Descriptionum exempla e sacris literis	91,2	Docere	13,16	
Dialectica est etiam ars discendi	13,24	Effecti nomen quomodo accipiat in doctrina inventionis	31,22	
Διαλεκτική	11,11	Effectum quad. uplex	31,24	
Dialectices partitio in Inventionem & Iudicium comprobatur	14,13	Effectorum exempla e sacris literis	31,26	
Dialectices divisio in Topicam & Apodicticam improbat	14,33	Efficientis cause prima divisio Ramea locupletata	19,27	
Differentia sumitur ex variis locis	88,13	Efficientis divisio Ramea secunda locupletius & accuratius descripta	21,9	
Differentia ultima quomodo inven-		Enuntiativis divisio prima a forma	105,25. Secunda, ab adiunctis propriis 107,9. Tertia, ab adiuncto temporis 107,16. Quarta, a qualitate materie 108,3. Quinta, ite a qualitate materie 108,10. Sexta, ite a forma	110,12

# I N D E X.

<b>Enuntiativè veri accuratior definitio, itemq; falsè</b>	107,12	Generis in argumentando axiomata tria ex Aristotele	82,33
<b>Enthymema cur sic appellatum</b>	119,29	Generis in argumentando axiomata duo	83,14
<b>Ens est genus decem predicamentorum</b>	81,3	Generis subalterni nova divisio	81,15
<b>ab Est secundi adjecti ad est tertii adjecti</b>	35,24	Genus proximum quomodo invenitur	88,42
<b>ab Est tertii adjecti ad est secundi adjecti</b>	39,2	Gestus	97,10
<b>Exempli vocabulū ἰμώριον</b>	84,9	Heterogeneum enuntiatum	108,7
<b>Exemplum, quatenus vulgo sic appellatur certi generis argumentatio, enthymema est</b>	120,21	Hominem esse genus singulorum hominum	80,25
<b>Exemplū speciale quid Ramo</b>	84,11	Hominiis ἔτυμον ab humo, à reprehensione Quintiliani vindicatur	73,11
<b>Expositorii syllogismi qui dicantur &amp; cur</b>	129,15	Homogeneum enuntiatum	108,5
<b>Fatidicus</b>	103,23	Humanorū studiorum divisio Platonica	85,18
<b>Febris divisio</b>	85,31	Hypothetici syllogismi διὰ τῶν ἔ & δὲ	6λx 147,22
<b>Figura prima syllogismorum</b>	137,13	Ignorantia Dei homini innata, cui rei opponatur	47,8
<b>Figura prima syllogismorum Aristotelica interdum ex minore negativa firmiter concludit</b>	143,21	Impossibile quid	107,24
<b>Figura syllogismorū secunda</b>	133,11	Individua que vulgo dicuntur, sunt species specialissima	82,21.111,24
<b>Figura syllogismorū tertia</b>	128,19	Individuum vagum cur sic dictum	134,4
<b>Figura tertia Arist. syllogismi modi octo</b>	129,11	Inductio enthymema est	120,13
<b>Figura tertia Arist. syllogismi oēs expositorii</b>	129,17	Inductionis clausula vulgaris committit petitionē principii	120,17
<b>Finis vocabulo quomodo utantur Dialectici</b>	29,17	Infinitorū enuntiatorū exēpla	111,15
<b>Finis vel summus vel subordinatus</b>	29,25	Inventionis vocabulum explicatur	15,25
<b>Finis summus, aut universalis aut specialis</b>	29,29	Judicii divisio	104,28
<b>à Fine argumentandi regule due</b>	30	Judicium quid appelletur in Dialectica	15,28
<b>Forma quid propriè</b>	27,30	Καθόλου πρῶτον	108,16
<b>Forma alia substantialis, alia accidentalis</b>	28,7	Leges	100,20
<b>Forme substantiales nobis ignote sunt</b>	28,22	Lex Mosis ceremonialis	97,45
<b>Fortuna quid</b>	24,16	Liberalitas & avaritia quomodo opponantur	42,15,20
<b>Futurorum contingentium non esse determinatam veritatem, quatenus verum sit</b>	107,27	Λογικά	11,12
<b>Generale enuntiatum</b>	109,12	Lycurgi testimonium de educatione puerorum	98,16
		Majoris in argumentando axiomata tria ex Aristotele	56,16

à Majorè

# I N D E X.

<i>à</i> <i>Majore argumentū quid</i>	56,14	<i>fusio</i>	54,19
<i>Martyrum supplicii</i>	100,22	<i>Παρομοιωσις</i>	50,29
<i>Materia distinctio in Ex qua, in qua, &amp; circa quam</i>	25,16	<i>a Partibus argumentandi axiomata</i>	77,14
<i>Materia ex. pla ē sacr. liter. in usum declarationis, tum demonstrationis</i>	25,31	<i>Partium divisio reprehensa</i>	75,20
<i>Matth. 6. loci de sollicitud. ne victus &amp; amictus, analysis</i>	61,13	<i>Partitionis &amp; divisionis vocabula distinctē usurpantur</i>	7,7
<i>de Methodo doctrina Rami approbatur</i>	155,10	<i>Peccati divisio in veniale &amp; mortale</i>	86,20
<i>à</i> <i>Minore argumētum quid</i>	60,28	<i>Philosophiæ divisio Ciceroniana, eademque Platonica</i>	85,26
<i>à</i> <i>Minore argumētationis axiomata tria</i>	60,29	<i>Philosophorum placita</i>	100,22
<i>Miracula, cur in sacris literis appellentur signa</i>	103,36	<i>Piscis an propriē dicatur mutus</i>	47,4
<i>Necessarii verū, itē falsum</i>	107,21	<i>Pœna divina</i>	96,38
<i>Negatio unde nascatur</i>	110,20.	<i>Præcepta artium</i>	100,21
140,10		<i>Prædicationis divisio in regulare, figuratam &amp; musitaram, reprehenditur</i>	75,38
<i>in</i> <i>Negativo enūtiato ubi ponendū adverbium negandi</i>	110,20	<i>Prædicatum</i>	110,28,32
<i>Negandi ratio duplex in enuntiativis copulatis</i>	112,24	<i>Prophete</i>	103,20
<i>Nominis distinctio in significata</i>	86,30	<i>Propositio singularis</i>	111,19
<i>de</i> <i>Notatione locus Ciceronis</i>	73,6	<i>Propositionis divisio vulgaris reprehenditur</i>	114,8
<i>Objectum</i>	34,1	<i>Propositionis majoris, item minoris, definitio vulgaris reprehenditur</i>	119,4,20
<i>de</i> <i>Operib. bonis argumentatio Pontificiorum examinatur</i>	53,3	<i>Propositionis nomine quid intelligat Ramus</i>	105,23
<i>Opinio</i>	107,25	<i>Propositiones singulares in concutendo vim havent universalium</i>	133,34
<i>in</i> <i>quibus Oppositis valeat consequentia a negatione ad affirmationem</i>	40,30	<i>Proprium enuntiatum</i>	111,19
<i>Oracula Ethnicorum</i>	99,38	<i>Proprium quid</i>	38,14
<i>Oraculum quid</i>	103,19	<i>Prosyllogismus qui dicitur, videtur à veteribus dictus fuisse prosyllogismus</i>	119,40
<i>Parabole Evangelicæ</i>	67,29	<i>Proverbia</i>	100,20
<i>Παρομοιωσις</i>	50,30	<i>Quæstio duplex: simplex aut conjuncta</i>	16,6
<i>à</i> <i>Pari argumentum quid</i>	51,19	<i>Reciprocationis affectio nō est propria distributionis &amp; definitionis</i>	75,8
<i>à</i> <i>Pari argumentandi axiomata</i>	51,24	<i>Ritus</i>	97,21
<i>Paritas, alia rerum, alia rationum</i>	51,11	<i>Rom. 5,8. loci analysis</i>	61,62
<i>Parium definitio Ciceroniana</i>	51,7	<i>Sacramenta cujusmodi testimonia sint</i>	98,4,31. 100,13
<i>Parium definitiones Aristotelicæ duæ</i>	51,3		
<i>Parium &amp; similium inter se comparatio</i>			

# I N D E X.

<i>Sapientum dicta</i>	100,20	<i>reprehenduntur</i>	128,3
<i>Scopus pro fine cur dicatur</i>	29,20	<i>Syllogismorum conexorum exem-</i>	
<i>Scripta Prophetica &amp; Apostolica</i>		<i>plia é sacris literis</i>	141,2. 142,1.
99,20		<i>Syllogismorum modi</i>	128,21
<i>Signa quo referenda</i>	38,6	<i>Συλλογισμὸς quid proprie</i>	118,9
<i>Similitudo</i>	50,27	<i>Syllogismus, esse unicam argumen-</i>	
<i>Similium &amp; parium inter se confusio</i>		<i>tationis speciem</i>	120,6
54,19		<i>Syllogismus hypotheticus</i>	140,5
<i>Similium exempla é sacr. lit.</i>	67,13	<i>Syllogismi hypothetici διὰ τῶν &amp;</i>	
<i>Similium usus</i>	67,10	<i>δι' αὐτῶν</i>	147,22
<i>Somnia desνεμῖτα</i>	99,2	<i>Syllogismarũ figurarũ modi</i>	128,21
<i>Sorites quid</i>	120,37	<i>Testimoni accuratior tractatio</i>	96,3
<i>Sorites unde dictus</i>	120,44	<i>Testimoni divisiones quatuor</i>	96,17
<i>Sorites firmus esse potest ex puris</i>		<i>à Testimoniis argumenta idi axio-</i>	
<i>negantibus</i>	124,7	<i>mata</i>	100,31
<i>in Soritis analysi observanda regu-</i>		<i>in Testimonio quando spectetur vir-</i>	
<i>la quinque</i>	121,17	<i>tus, quando prudentia &amp; bene-</i>	
<i>Soritis Ciceroniani in libro de Fato</i>		<i>volentia, quando item ingenium</i>	
<i>analysis</i>	124,10	<i>&amp; eruditio</i>	103,7
<i>Soritis Ciceroniani lib.3. Offic. ana-</i>		<i>Testimonium aut conjunctum ju-</i>	
<i>lysis</i>	123,24	<i>rejurandum, aut illo carés</i>	100,28
<i>Soritis Paulini Rom.5. anal.</i>	112,28	<i>Testimonium aut divinum aut hu-</i>	
<i>Sortes</i>	99,10	<i>manum</i>	98,38
<i>Speciale enuntiatum</i>	109,21	<i>Testimonium aut in verbis aut in</i>	
<i>á Specie ad genus argumentandi a-</i>		<i>factis</i>	96,19
<i>xiomatata</i>	83,4	<i>Testimonium aut promissio aut con-</i>	
<i>á Specie ad speciem argumentandi</i>		<i>fissio</i>	100,11
<i>axiomata duo</i>	83,20	<i>Testimonium non omne simpliciter</i>	
<i>Speciei subalterne nova divisio</i>	81,15	<i>per exigam probationis vim ha-</i>	
<i>Speciem specialissima que sic dicitur</i>		<i>bet</i>	103,1
<i>vulgo, esse genus individuorũ</i>		<i>Testimonium quid</i>	95,9
82,21. 111,24		<i>Tollere in syllogismo composito quid</i>	
<i>Subiectum</i>	110,29	140,43	
<i>Subiecti divisio</i>	33,28	<i>á Toto argumentata axiomata</i>	77,14
<i>Subiectorũ exempla é sacr. lit.</i>	35,16	<i>Proporum trium concursus in una</i>	
<i>Supplicia martyrum</i>	100,22	<i>voce</i>	118,21
<i>Συλλογισμὸς</i>	50,39	<i>Vates</i>	103,22
<i>Syllogismi connexi procedentes á co-</i>		<i>Veri enuntiatii definitio accuratior</i>	
<i>traditione antecedentis ad ne-</i>		107,12	
<i>gationem consequentis</i>	142,25	<i>Virtutũ distributio Aristotel.</i>	85,38
<i>Syllogismi disjuncti possunt revoca-</i>		<i>Visiones</i>	99,4
<i>ri ad conexos</i>	146,1	<i>Vrim &amp; Tummim</i>	99,8
<i>Syllogismi divisio vulgaris repre-</i>		<i>Zenonis testimonium de discrimine</i>	
<i>henditur</i>	127,20	<i>inter Dialecticam &amp; Rhetori-</i>	
<i>Syllogismi simplicis divisiones due</i>		<i>cam</i>	98,12

F I N I S.



06.01.3233